

# Annotationes

RENATI GVILLONII IN

Grammaticam Græcam

Clenardi.

L. 115/128

Alpha, uita, &c. Clenardus pag. 5.



Pud Græcos literæ sunt tantum uiginti quatuor: quarum figuræ, nomina, & potestates (quæ tria literis cuiuscunque linguæ accidunt) deinceps collocantur apud Clenardum pag. 5. Figura enim id nec dubiè est, quod certis lineamentis atque tractibus literæ corpus depingit. Nomèn est ipsius elementi appellatio. Potestas uerò, literæ ipsius ualorem pronuntiatione indicat. Multiplex quidè certè & uaria est cuiusq; literæ figura, cuius uarietate colliges, tum ex Clenardo, tum ex elementalibus libellis, qui uulgi manibus quotidie teruntur.

Idem de earundem nomine & potestate facito.

Vocales longæ  $\alpha, \omega$ , &c. Clenardus Pagina. 6. uersu 1.

Capitalis & primaria omnium literarum Græcarum diuisio est, ut illas fundas in uocales septem, & in septemdecim consonantes. Vocales deinde subdividas in longas duas,  $\alpha, \omega$ : in duas breues,  $\epsilon, \circ$ : & in

A tres

tres ancipites, α, ι, υ. Longæ sunt, quæ semper longam  
 efficiunt syllabam, nisi quum terminant dictionem, &  
 sequens dictio incipit à uocali. tunc enim uocales na-  
 tura longæ, & diphthongi omnes communem faciunt  
 syllabam. Animaduersione igitur dignum, κ, ω, in capi-  
 te, seu initio dictionum, in mediis item dictionibus, in  
 fine dictionum sequente consonante, perpetuo longas  
 esse. Et si contigerit (ut dixi) illas finire dictionem,  
 & sequentem dictionem incipere à uocali, tum κ &  
 ω, omnes præterea diphthongi tam propriae quàm im-  
 propriae (quæ & suapte natura longæ sunt, haud se-  
 cus atque κ & ω) in carmine redduntur ancipites.  
 Proinde ante uocalem sitæ, poëtica licentia, sæpissi-  
 mè corripuntur.

Breues uocales ε, ο, sunt, quæ semper breuem fa-  
 ciunt syllabam, nisi extendantur positione. Fit autem  
 & Græcis & Romanis positio, quando post uocales  
 natura breues (cuiusmodi apud Græcos sunt ε & ο)  
 duæ subsequuntur consonantes, ut ἐξκ & , id est, sep-  
 tum, seu uallum : ἐξμυ, id est, eruptio, motus, impetus:  
 in quibus ε & ο positione produciuntur. Et apud La-  
 tinos, Arma uirumq;, &c. Aut quando litera duplex,  
 nempe ζ, ξ, ψ, sequitur, quarum duplicium una quælibet  
 æquè pollet, atque duæ simplices consonantes, ut  
 infra, σιπ δεω, docebimus inter ipsarum dupliciū ex-  
 cutiendam potestatem.

Ancipites siue communes, α, ι, υ, Græcis dicuntur  
 τὰ δίχρονα φωνήεντα, id est, bitemporeæ uocales,  
 quia duorum sunt temporum, & ancipitis quantita-  
 tis,

tis, nunc breuem, nunc longam cōstituentes syllabam.  
 Non Herclè in eadem dictione, sed in quibusdam pro-  
 ducta, in aliis uerò correpta usurpantur. Dico itaq;  
 α, υ, non idco uocari δ'ιχρῶα, quod ad cuiusuis arbī-  
 trium, ut quidam existimant, in una eademq; dictione  
 & produci & corripī queant, sed eo modo δ'ιχρῶα  
 esse, quo omnes uocales apud Latinos : ita quòd in  
 hac dictione omnino producantur, in illa corripian-  
 tur, ut fusius docebimus in nostro enchiridio ad co-  
 gnitionem accentuum, & quantitatem syllabariam.

Tu rursus subdiuidito septem uocales in Mutabiles,  
 & Immutabiles: Mutabiles tres, α, ε, ο, quæ id nominis  
 sortitæ sunt, quia in capite thematis alicuius uerbi  
 constitutæ, in uerborum præteritis mutantur, nempe  
 α, & ε, in η : & ο, in ω : eodem quoque modo in pri-  
 mo Futuro quorundam uerborum sextæ coniugatio-  
 nis, & in thematibus uerborum in αι, si in sexta fue-  
 rint formatiue. Quid formatiua litera sit, uidebis  
 paulò post. Immutabiles quatuor sunt, η, ι, υ, ω : quæ si  
 in uerborum thematibus fuerint capitales, seu initia-  
 les, in Præteritis non mutantur.

Diphthongi propria, &c. Pag. 6. uers. 4.

Ex simplicibus præscriptis uocalibus coalescunt  
 ac conflantur diphthongi duodecim, quæ diuiduntur  
 in proprias diphthongos, & improprias. Proprie  
 sunt sex, quas discēs ex Clenardo : quæ, ut placet  
 Grammaticis, ita dicuntur, quòd naturalis pronun-  
 tiatio illas postulet, quippe quæ eo quo scribuntur  
 modo & proferruntur, aut certe proferrī debent. Im-

754

propriæ, contra, sic dicuntur, quod pronuntiatio natu-  
 rationalis illas non requirat. Tu eas diuides in ἀφωους  
 & κακῶφωους. Tres sunt ἀφωοι, α, η, ω, quæ quia  
 scribuntur quidem, sed non proferuntur, præter q̄ in-  
 star simplicium uocalium α, η, ω, sine punctis subtus,  
 quæ polleant iota, merito profecto diphthongi hæ-  
 tres ἀφωοι uocitantur, hoc est, muta seu obmutescē-  
 tes: tu unica dictione a sonas uocares, si dictio Lati-  
 na cum Græca compositionem reciperet: dicuntur  
 enim quasi ἀνὸ φωνῆς, quod uoce careant saltem  
 diphthongata, ut sic, docendi gratiā, dixerim. Tres re-  
 liquæ, ηυ, υ, ωυ, ob duriusculam, minusq; auribus delica-  
 tis alioqui lenocinantem ipsarum uocem, non iniu-  
 riā κακῶφωοι nuncupantur, quasi malesonas dicas.  
 Dum enim, ut decet, proferuntur, durum quid auribus  
 insonat, & nescio quid (ut ita dixerim) Gotthicum,  
 auribus iniucundū, si cum suauī iucūdaq; diphthong.  
 propriarum pronuntiatione conferantur, auditu per-  
 cipitur, ut nos aliās docuimus: & posthac rursus, si  
 deus permiserit, nos itidem uiua uoce sumus docturi.  
 Commentum planè Grammaticum est diphthongus  
 impropria, præsertim illa, quæ dicitur ἀφωοι, pro-  
 inde ad pronuntiationem nihil spectat. Nam Gram-  
 matici diphthongorum mutationes indicaturi, aut  
 certè in diphthongis, alterius uocalis elisionem, eiu-  
 scemodi diphthongos inuenerunt, ut sicubi ex α, fiat  
 α, aut η, ut non parum sæpe fieri assolet, idq; tota eli-  
 so, quod tamen quia in diphthongo propria, subiun-  
 ctua uocalis erat, ut uocaliū neutra in illa trāsmuta-  
 tione



IN GRAM. CLENARDI.

sione pereat funditus, solent Græci subpingere tota  
 in tribus illis α, η, ω, quæ quidem ex propriis consuro-  
 gunt diphthōgis. Atq; adeò id factum esse palàm est,  
 ne ignorarent pueri in ea syllaba diphthongum desi-  
 derari. Quandoquidem autē ostendimus α & η ex αι  
 coagmentari, eadem ratione & ω ex οι fieri dicas,  
 mutata breui præpositiua in propriam longam:  
 tota uerò quæ subiunctiua est, suppingatur. Tres  
 enim non amplius mutabiles esse uocales paulò ante  
 diximus α, ε, ο, quarum quæcunque accidat permutatio  
 de uocalis ratio, α, & ε, mutantur in η, & ο in ω. Cæ-  
 terum ut de κκαοφώνω compositione quoque alio-  
 quid dicamus, η uero modò ex αι, modò ex ει fieri sequen-  
 tibus exemplis comprobatur: ἀλιζω, ἠλιζοι: εὐχο-  
 μαι, ἠχομῶ, mutato ε psilo ex diphthongo & in η,  
 idq; Atticè, quum alioqui θυ sit de classe diphthongo-  
 rum immutabilium, ut suo loco sumus dicturi. At ω  
 fit ex ου, mutata breui in propriam longam. Reliquum  
 iam est, ut γ ostendamus ex υ & ι constare, atq; hanc  
 sibi comparare figuram, nimirum ut ι affixum ad la-  
 tus τθ, υ, suo apte pertingat corpus medium ipsius  
 præpositiue, quæ est υ. Idem uerò ι longius se expli-  
 cet deorsum. Quæ figura haud dubiè commodior:  
 tametsi ebalcotyporum nonnulli uoluerint aliam fi-  
 guram innouatam sic υ, subscripto ι uidelicet, perinde  
 atq; in α, η, ω.

Vocales præpositiue α, ε, & c. Pag. 6. uers. 8

Est alia uocalium diuisio propter diphthongos  
 duntaxat recepta, nempe ut in diphthongorum coe-

755

## ADNOTATIONES

gmentatione & coalescētia aliæ uocalium sint præpositiua, aliæ uerò subiunctiua. Præpositiua, quæ quinque recensentur, α, ε, η, ο, ω, ideo hanc nomenclationē adeptæ sunt, quòd subiunctiuis præpositæ diphthongos faciant: uel, quia in diphthongo constituenda subiunctiuis præponuntur. Subiunctiua uerò, quas & postpositiuas uocant, sic dicuntur, quòd in constitutione diphthongorum præpositiuis subiungantur: uel, quia præpositiuis subiunctæ aut postpositæ, diphthongos faciunt, ut patet in formulis à Leonardo præscriptis. Suntq; duæ duntaxat subiunctiua uocales in diphthongis i & u. Ex præpositiuis una est, utpote α, quæ diphthongos proprias cōstituit, αι, αυ, & unam impropriad, α. Verum enim uero, ε, solas proprias diphthongos, parit, ε, ω. ο item proprias propagat, οι, ου: η autem & ω, diphthongos tantum improprias, ηυ, ηω, ου, ω. Antiqui enim (ne quid silentio supprimam, quod sit operæpretium) aut non suppingebant prorsus tota in diphthongis α, η, ω, quæ morem adhuc retinuerunt Dores: aut certè ea utebantur figura, qua paulò ante depinximus υ, hoc uidelicet modo pingentes, αι, ηι, ωι: sed quia & scriptores & chalcographi in forma earum depingenda, sæpius ac numero hallucinabantur, diphthongos plerunque proprias impropriadum uice depingētes, ob id aliud commentum subiit animos eruditorum, nempe ut punctum exile substerneretur, sublaccrētue corpori ipsius uocalis alioqui præpositiua: quod quidē punctū designaret siue polleret tota. Veruntamen illud esse

prætermittendum uidetur minimè, uidelicet u, non so-  
 lum subiunctiuam esse uocalem in diphthongis αυ, ου,  
 ου, ου, ου, sed etiā præpositiuam in diphthongo impro-  
 pria υ, υός, υύα, υξωυα, & in consimilibus, quæ innu-  
 mera sunt, quæq; possis ipse uenari tibi, legendo classi-  
 cos autores. Quandoquidē autem nō ita multo ante  
 uocales diuisimus in Mutabiles & in Immutabiles,  
 eadem quoq; diuisio in diphthongos proprias non  
 inconcinne cadit: siquidem earum quædam sunt mu-  
 tabiles, utpote αι, αυ, οι: quædam uerò immutabiles, ni-  
 mirum, α, τυ, ου: de quarum & transmutatione & sta-  
 tu agemus pluribus cum Clenardo suo loco, in tracta-  
 tione augmenti temporalis uerborum.

Mutæ — { Tenuis π κ τ }  
 { Media β γ δ } Pag. 6. uers. 16.  
 { Aspirata φ χ θ }

Diximus paulò ante consonantes secundam con-  
 stituere partem generalis diuisionis literarum apud  
 Græcos, quæ profecto subdiuidendæ sunt in Mutas,  
 Duplices, Liquidas, & in σ: & sic in septem uocali-  
 bus, nouem mutis, tribus duplicibus, quatuor liquidis  
 & σ: habes iustum numerum uiginti quatuor litera-  
 rum Græcarum. At subdiuidere denuò debes mutas 9

in { Tenuis π κ τ,  
 tres — { Medias β γ δ,  
 { Aspiratas φ χ θ.

Quæ duobus modis consyderantur. Priore mo-  
 do sic recto uidelicet ordine π κ τ, β γ δ, φ χ θ,  
 & hoc modo ferme per se & sine relatione aliarum

## ADNOTATIONES

ad alias expanduntur. Posteriore autem modo illas consideraueris, ordine in formula proposita transuersario, nempe à summo deorsum, sic  $\omega$   $\beta$   $\phi$ ,  $\kappa$   $\gamma$   $\chi$ ,  $\tau$   $\delta$   $\delta$ , ut  $\pi$   $\sigma$   $\phi$  extremorum contrariorum rationem obtineant, haud secus atque album  $\sigma$  nigrum apud philosophos. Idem de reliquis mutis iudicium, nimirum ut tenues semper propriis opponantur adspiratis: e contrario uero, adspiratae tenuibus: quia naturam inter se contrariam sortiuntur. Intericiantur autem mediae, quòd mediam quandam rationem  $\sigma$  naturam habeant inter utrasque extremas, inter tenues uidelicet  $\sigma$  adspiratas.

Tenues igitur sic nuncupantur, quòd sine ullo spiritu denso ac sibilante proferantur. Adspiratae, contra: quia cum spiritu crasso, denso, spumoso,  $\sigma$  cum sibilo proferuntur. Mediae autem, ut diximus, cum utrisque extremis ita consentiunt, ut nec prorsus spiritu careant, nec prorsus ad spumosum flatum adspiratarum accedant. Isthaec autem mutarum oppositio inter se ideo fit, quia aliae in alias sepius migrant, ut facile coniecere licet in deductione aliorum temporum ex aliis in coniugationibus uerborum. Hic obiter notandum, primum ordinem contrariorum primam constituere coniugationem, ut  $\pi\omega$ ,  $\beta\omega$ ,  $\phi\omega$ :  $\sigma$  secundum, secundam, ut  $\kappa\omega$ ,  $\gamma\omega$ ,  $\chi\omega$ : tertium item, tertiam, ut  $\tau\omega$ ,  $\delta\omega$ ,  $\delta\omega$ . Haec tenus de mutis.

Duplices,  $\zeta$ ,  $\xi$ ,  $\psi$ . Pag. 6. uers. 19.

Duplices idcirco dicuntur, quia duarum uim habent simplicium consonantium, in casque non raro explicatione



IN GRAM. CLENARDI.

plicantur & dissoluuntur, quum ex illis analogicè  
 conficiantur. Atque adeò tres sunt, ζ, ξ, ψ: quarum ζ  
 fit ex ω, uel σδ, & in cas sæpißimè resoluitur, præ-  
 sertim apud Dores: ut pro σφιζω, & ὄζω, σφισδω,  
 & ὄσδω, scribunt Dores: μῶσω, id est, pinso, inde  
 μῶσα, quam Latini usurpata dictione Græca mas-  
 sam uocant. ξ autem non tantum κσ, sed & γσ, &  
 χσ, ualet: ut μῦσαξ, id est, barba menti: à quo no-  
 mine resolutio ξ in κσ, atque adeò inter utrumque col-  
 locata uocali, ο, fit casus gignendi, & alij pariter ob-  
 liqui casus: ut μῦσακος, μῦσακι, &c. θῶσαξ, θῶσακος,  
 & id genus alia. Sed aliquando, ut dixi, in γσ expli-  
 catur eadem ratione seruata, quæ in κσ: ut ἄρσαξ, ἄρ-  
 σακος. Item in χσ, ut θριξ, τριχος. Verum enimuo-  
 ro, ψ, seruata prætercà ratione ea, quæ in superiori-  
 bus, dissoluitur plerunque in πσ, inserta uocali, ut in-  
 de consurgat obliquus casus in noïbus: ut κνκλωψ,  
 κνκλωπος, ὦψ, ὦπός. Aliquando uerò in βσ, inter-  
 iecta uocali: ut ἄρσαψ, ἄρσαβος: φλέψ, φλεβός. & ali-  
 quando in φσ, ut σκιζαψ, σκιζαφος: & alia eiusdem  
 modi plurima.

Liquidæ siue immutabiles. Pag. 6. uers. 21.

Quatuor sunt liquidæ Græcis, λ, μ, ν, ρ, totidem  
 Latinis, & eadem, aut saltem eiusdem potestatis: l, m,  
 n, r. Sed Græcis prætercà immutabiles uocitantur,  
 quòd non mutantur, migrentue in alias consonantes,  
 neque in declinationibus nominum: ut τῆτιρ, adden-  
 da θ, non mutato p finali littera recti fit genitiuus  
 τῆτιρθ: sic δάμαρ, δάμαρθ. Neque in uerborum

## ADNOTATIONES

εὐλογασιονibus, ut φαίλω, μ. φαλω: νέμω, μ. νεμω: in utroque tempore λ & μ immotæ manent: sed quemadmodum præsentis, ita futuri literæ sunt characteristicae.

σ, omission à Clenardo.

In consonantium subdiuisione omisit, σ, Clenardus: idque fortasse de industria, quod non sit de classibus mutarum, duplicium, liquidarum. Non enim muta est, quia neque tenuis, neque media, neque aspirata. Ad hæc non duplex, quum non æquiualeat duabus simplicibus consonantibus: nec tandem immutabilis, cum in casu gignendi plerumque mutetur in τ, δ, ϑ: ut λέβης, λέβητος: μονάς, μονάδος: ὄρνις, ὄρνιθος. Proinde σ à quibusdam μοναδικός, id est, sui cuiusdam iuris, ac suæ potestatis dicitur. A quibusdam uero ἄσκημος, id est, sine nota & signo, quod aliarum consonantium notas iniustas habeat minimè, nempe ut uel muta dicatur, uel duplex, uel liquida: sicuti in grege ouium, cæteris ouibus signatis, si earum aliqua non sit eodem quo aliæ signo insignita & notata, illa uocatur οἷς ἄσκημος, quasi nulla signatione signatam ouem dicas.

Accentus tres, &c. Pag. 6. uers. 24.

Accentus à uerbo accino dictus, quod accinat ditioni quam afficit. Huic nomini respondet Græca uox προσωδία, ἀ ποσός, id est, ad: & ᾠδή, cæmen, canticum. Est autem accentus pronuntiandi ratio syllaba accidēs. Syllabarum porro, aliæ longæ, aliæ breues, & aliæ ancipites, quæ pro ratione quantitatis

suae

IN GRAM. CLENARDI.

*suæ aciuntur aliæ uel grauantur, aliæ uerò circumflexuntur. Itaque tres sunt accentus, Acutus, Grauis, Circumflexus.*

*Acutus / sic pingitur, fitq; ex sinistra parte mascululae literæ lambda  $\Lambda$ .*

*Grauis \ ex eiusdem parte dextera.*

*Circumflexus ex utraque  $\Lambda$ , aut sic  $\wedge$ , ex superiori parte literæ  $\theta$ , qui & hoc modo  $\sim$  ornanda potius scripturæ, quàm ullius necessitatis ergò notatur.*

*Notandum obiter, Græcos in assignandis accentibus solitos esse singularum dictionum syllabas ordine præpostero & retroactò supputare, nimirum incipientes ab ultima, à qua fit progressus ad penultimam, & à penultima ad antepenultimam. Ultra antepenultimam non retroagitur accentus, neque apud Græcos, neque apud Latinos. At in hoc dissident Latini à Græcis, quòd Latini, ut proprium dictioni cuique assignent accentum, penultima syllabæ dictionis illius quantitatem perpendunt: ut quum, dominus, penultimam habeat breuem, idcò eius accentus in antepenultimam retrahitur syllabam: dicimus ergo bārbara, pyrāmidum, sileat, mirācula, mémphis: acuendo in singulis polysyllabis declinabilibus uocibus antepenultimam propter penultimam breuem, quæ si longa foret, accentum perpetuò retineret: ut meditaris auēna. Veruntamen in dictionibus dissyllabis siue longa, siue breuis sit penultima (uoco autem illam penultimam, quæ anteit proximè ultimam dictionis*

## ADNOTATIONES

dictionis cuiuslibet syllabam, etiã si prima sit dictio-  
 nis, ut in dissyllabis omnibus) eidem penultima per-  
 petuò insidebit accentus. Exemplum de longa penul-  
 tima, ut tégmine fagi, Inquimus árua, lentus in úmbra.  
 De breui, ut Déus, áqua, mánuS, & reliqua cohors dis-  
 syllaborum id genus. Solæ autē indeclinabiles uoces  
 apud Latinos accentum in ultima syllaba recipere  
 possunt, cuiusmodi sunt, porrò, ergò, maximè, & simi-  
 les. Usus tamen in omnibus frequentior præualeat.  
 Verumenimvero ultima syllabæ quantitas apud Græ-  
 cos expanditur, atque adeò pro ratione quantitatis  
 ultima assignatur apud eos accentus, nunc in eadem  
 ultima, nunc in penultima, nunc in antepenultima, ut  
 nos docebimus fusiùs in nostro enchiridio ad notio-  
 nem accentuum. De locis autem singulis singulorum  
 accentuum id interim est prælibandum, Acutum utro-  
 tē in dictionibus tres sedes sibi uendicare, ultimam,  
 ut Deús, ós enim ultima syllaba acuitur: penultimam,  
 ut λόγος, ἦρως: antepenultimã, ut τὴν πῶλον, πῆρα κλη-  
 τῶ. Et uerò solus acutus, sua ueluti prærogatiua,  
 antepenultima insidere potest. Siquidem circumfle-  
 xus duas tantùm sedes occupat, ultimam, ut τοῖω: pe-  
 nultimã, ut βοῶ. Grauis autem, quanquam intelli-  
 gitur in quacunque syllaba dictionis cuiuslibet, quæ  
 neque acuitur, neque circumflectitur, nusquam ta-  
 men pingitur, nisi demùm in ultima dictionis syllaba,  
 tum maximè, quum κατὰ σωῆσεια, id est, in conse-  
 quentia uerborum & continuatione uocum inter se,  
 qui acutus insidebat ultima syllabæ dictionis, aliam

dictionem



dictionem præeuntis in structura orationis, mutatur  
 in grauem, ut passim contingere solet. Acutus attol-  
 lit syllabam quam afficit, ut θεός. Circumflexus tar-  
 dat, ut βοῶμεν. Grauis uero, est æqualis pronuncia-  
 tionis tractus, communisq; tenor his syllabis, quæ nec  
 acutitonæ sunt, nec inflexæ, φιλοσοφία, solum iota  
 acuitur, reliquæ syllabæ graues sunt, & ut docet  
 Demetrius, καθ' ὁμαλισμόν ἀναγινώσκονται, id est,  
 leguntur seruaata æqualitate pronūciationis. Et quia  
 deforme fortasse fuerit tot apices singulis inscribe-  
 re syllabis, ideo suis partibus fungens, nusquam pin-  
 gitur grauis, nisi loco acuti in solis (ut dixi) ultimis  
 syllabis, idq; in contextu orationis, ut θεός ἡμῶν, id  
 est, deus noster.

Illud præterea adadiendum ad extremū uidetur,  
 dictionem acutitonam per se positam, hoc est, citra  
 complexum orationis, aut etiam in clausula colloca-  
 tam, quippe quæ terminet sententiam, acutum perpe-  
 tuò retinere accentum, nec conuertere acutum in  
 grauem, nisi in oratione perpetua continuetur cum  
 sequentibus aliis dictionibus, sic, ἔσι ἀνὴρ καλὸς καὶ  
 γαθός, quum alioqui & ἀνὴρ, & καλός, & ἀγαθός,  
 ultimas syllabas suapte natura acuant. Enimvero qui  
 accentus quibusque dictionibus debeantur, aperie-  
 mus quàm poterimus luculentissime in nostro libello  
 de accentibus.

Spiritus duo, asper, &c. Pag. 7. uers. 1.

Duo sunt apud Græcos spiritus, Asper, siue den-  
 sus, qui præfixus literis maiusculis sic <sup>†</sup> pingitur, ut  
 ex par

ex parte sinistra litera  $\alpha$ , ita concinnetur. Minuscu-  
 lis autem praepositus sic  $\epsilon$ : ut pars sit media circuli  
 integri, ac ueluti semiluniū, cuius cornua explicentur  
 in dexteram, pars uero gibba & circumferentia in si-  
 nistram, ut  $\omicron\mu\epsilon\rho\omicron\varsigma, \acute{\alpha}\rho\mu\alpha\tau\alpha$ . Tenuis, siue lenis cum  
 maiusculis literis uocalibus fit ex dextera parte uo-  
 calis  $\alpha$ , hoc modo  $\epsilon$ : cum minusculis autem sic  $\epsilon$ , ut sit  
 pars altera circuli integri aut semilunij, cuius cor-  
 nua ad sinistram, circumferentia uero, cum gibba par-  
 te ad dexteram uergant, ut  $\acute{\alpha}\nu\theta\rho\omega\tau\omicron\varsigma, \acute{\alpha}\nu\theta\eta\rho\omicron\varsigma$ . Hacte-  
 nus exemplis comprobatum, notas spirituum supra  
 uocales initiales dictioanam collocari. Omnis enim  
 dictio incipiens à uocali, uel aspiratur, ut  $\epsilon\tau\theta\rho\omicron\varsigma$ ,  
 uel tenuatur, ut  $\acute{\alpha}\lambda\eta\theta\epsilon\iota\alpha$ . Vt autem in transitu non  
 nihil de pronuntiatione quoque spirituum dicamus,  
 quae haud dubiè silentio praetereunda minimè uide-  
 tur, animaduertas licet spiritum asperum Græco-  
 rum cum suis uocalibus haud secus proferri atque  $\tau$ ,  
 he litera Hebræorum cum punctis uocalibus: aut  
 apud Latinos,  $h$ , quae nota duntaxat est aspirationis  
 praefixa uocalibus, ut  $ha, he, hi, ho, hu$ . E contrariò ue-  
 rò spiritus tenuis Græcorum profertur, ut  $\aleph$ , aleph  
 Hebræorum cum suis motionibus, sine ullo uidelicet  
 spiritu flatuue denso, atque adeò hesitante, ut in  $\tau$ ,  
 $he$ , in gutture. Vel dicas tenuem spiritum Græco-  
 rum proferri eo modo, quo Latini uocales suas sine,  
 $h$ , nota aspirationis pronuntiant, ut  $a, e, i$ , & c. Nec  
 te male habeat studiosè lector, quòd sinam te hoc lo-  
 co ambiguum, utro spiritu insignire uocalem dictio-  
 nis

nis inittalem debeas, si tibi calamo sit adiuuenda manus. Non enim presentis est instituti atq; operis, spirituum regulas tradere (notas & prononciationem duntaxat edere hoc loco in animo est) quia maius profecto otium postulauerit, quam quod nobis in presentia contigit. Proinde tu interim dum maius nanciscamur, quod eas peculiari aliquo libello perstringamus, ipse multa frequentiq; eximiorum autorum lectione uenabere, ut eorum spirituum usum tibi compares. V S V S enim omnium artium Magister atque Architectus, rectè comparatus, eas quas expetis spirituum regulas, abundè satis suggeret.

Consonans ζ &c. Pag. 7. uers. 5.

ζ & υ, in principiis omnium dictionum perpetuò aspirantur, hoc est, notantur spiritu aspero, ut ξώων, ζήτων, υός, υς. Quod si ζ, in mediis dictionibus geminetur, prius ζ, tenui spiritu signatur, ne syllaba illa desinat in literam adspiratam.

Nulla enim apud Græcos syllaba in adspiratam desinit: ζ, uerò posterius, quia initium est nouæ syllabæ, idcirco perinde atque in principio dictionis, adspiratur: ut παρρησία, id est, dicendi libertas atque licentia. At ζ simplex, unicuique, in medio dictionis corpore neutro duorum spirituum signari debet. Quum autem dixerim, nullam apud Græcos syllabam desinere in literam adspiratam, argutulus aliquis legis huiusce præuaricator conabitur fortasse euertere hanc nostram sententiam, atque ostendere eius, quod

Quod diximus, contrariū. Cui hoc unum uelim respon-  
 sum, si contigerit duas reperiri aspiratas in media di-  
 ctione, ut in ἄφθονος, utranque aspiratam coniunctim  
 pertinere ad sequentem uocalem, id quod compositio-  
 nes plerunque indicant: nam in ἄφθοις & priuans  
 est, pro ἄντι, unde scorsum proferrī debet, & non  
 cum sequente aspirata: φθόις & uerò item separatim,  
 ex quibus componitur ἄφθοις, id est, ἄντι το φθό-  
 νοι, sine inuidia, seu inuidia carens. Idem iudicium de  
 reliquis etiam in appositione, ut νύχθ' ὄληρ.

Apostrophos nota est, &c. Pag. 7. uers. 9.

Απόστροφος ab ἀπό, à : & στροφή, uerto, unde  
 ἀπόστροφος, auersio. Nota est detrita seu elisa &  
 reiecta uocalis à fine dictionis. Auersionis enim no-  
 ta ponitur supra locum ablatae uocalis à fine dictio-  
 nis, propter initialem capitalemq; uocalem sequentis  
 dictionis: ut ἐπὶ ἐμέ pro ἐπι ἐμέ. Solent autem hoc  
 pacto elidi quatuor uocales, quarū in locum apostro-  
 phi nota sufficitur, α, ε, ι, ο, & duae diphthongi apud  
 poetas ω, οι. Eliditur & κ, per apostrophum, licen-  
 tia poetica apud Homerum in catalogo nauium, ubi  
 in exemplari Aldino sic habet, Τληπόλεμος δ'  
 ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρω ἐὺ πικτα. i. Tlepoletus  
 autem posteaquam edueatus est in palatio affabre fa-  
 cto. In quo uersu τράφ', pro ἐτράφ' positum est, ut  
 docet uetus interpres Graecus. Notam autem apostro-  
 phi sic describas, depingasq; oportet, ut sit dextra  
 pars circuli ad ultimam consonantem apposita, qua  
 ostenditur parti orationis deesse ultimam uocalem.

Ex hac



## IN GRAM. CLENARDI.

Ex hac autem apostrophæ descriptione constat eam tenuis spiraculi figuram habere. Verùm in hoc differunt, quòd signum spiritus tenuis in principiis dictionum à uocalibus inceptarum ponitur: Apostrophæ uerò nota insidet literæ finali, index utique (ut dixi) uocalls, uel diphthongi in calce reuulsæ, ut ἄξ ὄν τως.

Quæ si aspiretur, &c. Pag. 7. uers. 11.

Notabis hoc loco mutam tenuem π, κ, τ, & in compositione, & in appositione manere tenuem, nec conuerti in propriam aspiratam ante uocalem capitalem sequentis dictionis affectam spiritu tenui. In appositione, ut παντ̄ ἔλεγον. in compositione, ut κατάρατος. Quòd si uocalis sequens aspiretur, tenuis muta finalis præcedentis dictionis migrabit in propriam aspiratam φ, χ, θ. Quia omnis tenuis muta perpetuo concipit aspirationem sequentis uocalis: ut νύχθ' ὄλην. Et quia appositio est, non compositio, ipsa uocalis sequens suam etiam retinet aspirationem, quam in compositione perderet, seu abiiceret: ut in καθάπινομαι, ἀφαιρέμααι, & similibus.

ὑφέρ, id est, subunio, nota est, qua utimur, cùm duas dictiones naturà diuisas coniungimus: ut ὄπως οὖν. Vel quæ malè diuisas coniungit, hoc modo, Pauca in conuiuio, loquere: uel, conspicitur, sus conspicitur sus.

ὑποδιαστολή, id est, subdistinctio, est nota, qua non coherentia discernuntur. Vel distinctio est, quæ syllabas malè coherentes separat, sic, τό, τε: aliud enim

B

significo

## ADNOTATIONES

significat, τὸτε ὅτι, & ὅτι.

Latini inter declinandum, &c.

Pag. 8. uers. 8.

ἄρθρον Græci articulum uocant, & ut autor est Moscopulus, deductur ab ἀρτάω, quod est, coapto, compingo, & coherere facio, quod hoc articulo mēbra orationis coaptentur, cohereant inter se, & cōpingantur: Nominum præterea & casus & genera dignoscantur. Minutissima quidē certè orationis particula est articulus, sed eiusmodi, ut si eam tollas, nihil aptum, nihil integrū, nihil sonaueris decens. Quē admodum enim hæc corporis nostri moles articulis roboratur, uegetatur & compingitur: sic articulis, orationis partes alioqui dissiæ & discriminatæ, cōpinguntur. Idioma autem Romanum articulos ignorat, quippe quod ne uoce quidem illa Græcorum articulum exprimere ac reddere queat. Cæteriū quod Grammatici Latini nominum declinandorum casibus præfixerunt hic, hæc, hoc, id nec dubiè docendi gratiā fecerunt: non quod Latinus sermo illos haberet articulos. Gallicus sermo articulos habet, atque aded Græcanici articuli uim exactè noueris ex idiomate Gallicano, ut si Græcus dixerit, ἡ ἐπίς τοῦ Πέτρου, Gallus suo idiomate sic reddet, la robe de Pierre: Romanus uerò, uestis Petri, sine expressione articulorū & Græcanicorum & Gallicanorum. A superiore oratione Græca exime articulos ἡ & τοῦ, nihil decentius sonabis, quàm si dicas Gallice, robe Pierre, sine articulis la & de: id quod ineptum prorsus apud Gallos

IN GRAM. CLENARDI.

Gallos fuerit. Non perpetuò tamen emphatica erit apud Græcos particula, articulus, sed aliquãdo addetur, aliquãdo uerò detrahatur, uenustanda orationis gratia. Ut autem res ponatur ob oculos, dicemus articulos Gallorum à nonnullis notas casuum non omnino ineptè appellari. Eas autem docendi gratiã sic proponemus: Articulus masculinus singularis apud Græcos est ὁ, qui à Gallis exprimitur hac uoce, le: ut ὁ δ' ἐπὶ οὐρανῶ, le seigneur: fœmineus articulus, ἡ Græcè, la Gallicè: ut ἡ δ' ἐπὶ οὐρανῶ, la dame: & in numero multitudinis utriusque generis dicimus Gallicè, les: ut οἱ δ' ἐπὶ οὐρανῶ, les seigneurs: αἱ δ' ἐπὶ οὐρανῶ, les dames. Galli cum Hebræis carent articulo neutrius generis, sed pro eo utriusque usurpant masculinum. Articuli autem Gallorum exprimentes articulos casus gignendi, Græcorum habita tamen ratione generis & numeri, sunt, de, du, des: Dandi casus, a, au, aux, & sic deinceps. Enimuerò eadem fermè in omnibus est Gallicis cum Græcis & constructio, & loquendi ratio. Proinde utranque alteram utpote cum altera conferas, ut ex energia unius alterius uires nõ ægrè agnoscas. Musa quidem certè Romana quanquã apud se superba & elegans, tamen non perinde facillè cum Græca conferri potest.

Prima est in cas masculinorum, &c.

Pag. 8. uers. 23.

In ea fuit hæresi Clenardus, ut quorundam Neotericorum opinionem sequutus, putauerit quædam no-

## ADNOTATIONES

mina in  $\eta$ , primæ declinationis communis esse genê-  
ris: ego uerò frequenttorem usum iugiter approbâs,  
facilius subscripsim opinioni Theodori Gaza, &  
Demetrii Chalcondylæ, aliorumq; prisorum ac pri-  
maria classis Grammaticorum, qui omnia primæ de-  
clinationis nomina siue simplicia sint, siue composi-  
ta, siue deriuata, sub utraque terminatione, ac uidelicet,  
&  $\eta$ , masculina esse, ut omnia secundæ sint fami-  
nea. Quòd si à nominibus primæ faminea deducere  
uelis, tu illa ex prima, quæ propria masculorum tan-  
tùm deriuabis, uel in secundam, uel in quintam. prout  
nomini congruet magis & quadrabit, uel in secundâ,  
uel quinta: ut ὁ δίκης, οὐ: ἡ δίκης, φη δίκης  
σίας: ὁ ψάλτης οὐ, ἡ ψάλτης, ἴας: ὁ πολίτης οὐ,  
ἡ πολίτης πολίτιδος: ὁ δέωότης οὐ, ἡ δέωότης Δε-  
ωότηδος, & δέωονα οἶνκ: πῆ ακοίτης οὐ, ἡ παρὰ  
κοίτης πῆ ακοίτιος. Tu idem de reliquis iudicato,  
atque obseruato legendis autoribus nominatissimis.

Dualia & plural. &c. Pag. 8. uers. 28.

Articulus famineus dualis numeri, est τὰ, τῶν,  
pluralis ἅ, ἅων, &c. ubicunq; habet τ, literam capti-  
uam, aut supra uocalem initiali spiritum asperum,  
tu inde utrunque detrahit, habebis singulas κατὰ  
ἀξίως singulorum casuum dualis & pluralis numeri  
nominum omnium primæ inflexionis. Quando ergo  
dicit Clenardus (conueniunt cum articulo) non possunt  
cum eo, nisi terminatione tantum conuenire. Iam  
uerò oculos deflece in elenchum declinationis, in  
quo ab



quo ab authore præscribitur tibi formula inflectendorum per singulos & numeros & casus nominum omnium huiusce classis primæ.

Finita in Δ, Δα, ρα, &c. Pag. 9. uers. 28.

Quæ nomina secundæ inflexionis desinunt in α, illa formant genitiuos mutato α in η, ut μῦσα, μύου σα. Excipe inde habentia, ρ, ς, δ, aut uocalem diphthongumue pro literis characteristicis: quia eiusmodi omnia retinent α. finalem recti: in obliquis omnibus, immutabilem: ut μῦα, μῦας, α, αρ. Reliqua exempla repetas ex Clenardo. Siquidem autem dictio omnis apud Græcos suam habet characteristicam, id est, formatiuam, figuratiuamue: nec dubitè illā uoco characteristicam dictionis literam siue uocalem, siue consonantem, quæcunque proximè anteit uocalem illius dictionis finalem.

α præterea purum uocat Clenardus, quod uel uocalem, uel diphthongum ante se habet pro figuratiua. Quia omnis litera, imò & syllaba apud Græcos pura dicetur, quæ habuerit ante se uel uocalem simplicem, uel diphthongum pro characteristica. Quod si habeat consonantem, dicetur impura.

Dualia & pluralia sequuntur, &c.

Pag. 10. uers. 10.

Neutra tertiæ in duali & plurali sequuntur terminationem articuli neutrius generis eiusdem numeri. Masculea autem, fœminea, & communia sequuntur terminationem articuli masculi inter declinandum. Ex hac tertiâ Græcorum declinatione fluxit se-

cunda Latinorum. Tu iam perpende elenchum formularium declinationis tertiæ ab authore tibi propositum.

Quarta declin. Atticorum,

Pag. 10. uers. 22.

Non soli Attici, sed & Dores nomina in hac quarta declinatione inflectunt, quam ex tertia (in qua, lingua communi, declinantur) in hanc quartam, quæ ipsorum est propria, deriuant, conuertentes ubiq; o, tertiæ in ω: ut ex tertia confletur quarta. Reliquas mutationes diphthongorum, oi, ou, & neutrorum pluralium in ω, ex α tertiæ discito ex Clenardo.

Quinta declinatio impari syll.

Pag. 11. uers. 12.

Quam uariae sint terminationes nominum quintæ declinationis, ex illis haud dubiè numerosis, alioqui supra rectum excrescens, in & perpetuò desinit. Vbi autem genitiuum ex nominatiuo formaueris, eiusdem genitiui literam figuratiuam perpendito. Quia quæ litera characteristica est genitiui singularis, eadem perdurabit figuratiua in reliquis deinceps casibus, cuiuscunque sint generis nomina, & numeri, præterquam in Datiuo plurali, in σ, uel actu, uel potentiâ perpetuò desinente. Cæterum ex hac quinta Græcorum facta est tertia Latinorum.

Quodd si tum penult. Pag. 18. uers. 23.

Quanta est penultima datiu singularis nominum quintæ inflexionis, tanta esse quantitate debet & Datiui pluralis penultima. Nam si longam penulti-

nam,

nam, siue natura, siue positione habuerit singularis Datuus, penultimam quoque extendet Datuus pluralis, eo quo docet modo Clenardus in habentibus, Δ, Δ, υ, γ, pro indicibus datiu singularis, in eoq; positionem facientibus. At breuis penultima singularis datiu, breuis quoque manebit in plurali datiuo, qui tamē semper à suo singulari (eo quo docet modo Clenardus) formantur. Exempla liquido constant ex uerbis ipsius authoris, tu ex eo illa expiscare.

*Illam in 19, quæ syncop. &c. Pag. 19. uers. 3.*

Nomina in 19, quæ inter declinandum syncopen patiuntur, à Datuo singulari syncopen passò, Datuum pluralem posito σ ante i formant: sed ad uitandam κακοφωνίαν, quæ fit ex concursu tot consonantium malè duriterq; inter se coherentium, interseritur, α. Exempla id probantia reperita plurima apud Clenardum, tu ex eo illa in tuum usum depromito.

Atque hæc quidem declinat. &c.

Pag. 19. uers. 8.

Decem sunt apud Græcos nominum declinationes, quæ diuiduntur in quinque declinationes nominum simplicium, hoc est, simplicis formula & sine ulla contractione declinatorum, & in quinque contractorum nominum inflexiones: intelligas tamen oportet, quinque ordines contractorum ortum ducere à quinta simplicium inflexione, formante genitiuum in σ purum, & reliquos item casus in terminationem puram.

Contracta nomina sunt ea, quæ uel synæresin uel cra

164.

sin patiuntur, & ob id à Græcis illa εἰμαθῦ, hoc est, passa seu affecta uocitantur. Alia uerò, quæ utpote superius tradita sunt, & ἀκλᾶ, & ἀπαθῦ, id est, simplicia & impassiva nominantur. Et ut quod res est, summatim dicam, nulla neq; nomina, neq; uerba dicuntur contracta, nisi quatenus passa sunt uel crasin, uel synæresin, ita ut in nominibus uoces omnes incontractæ sint planè quintæ simplicium nominum declinationis: ubi uerò receperunt contractionem, tum fiunt alicuius classis contractorum nominum. Idem de uerbis iudicium, ut suo loco fusiùs aperiemus.

Est autem synæresis duarum uocalium seruatariū in unam diphthongiam contractio & coalescentia: ut cūm εἰ in εἰ, οἰ in οἰ: αἰ in α contractantur, ut εὐρεῖ εὐρεῖ, λκτ οἰ λκτοῖ, γηραῖ γηραῖ. Etymon autem sic habet, ut deducas à σῶ, cum: & αἰρεῖω, & per crasin αἰρεῶ, capio, traho.

Crasis uerò, est duarum uocalium, uel uocalis & diphthongi mutatarum in unam uocalem, uel diphthongum commixtio: ut in his, ἀληθέος ἀληθοῦς, ἀληθέα ἀληθῆ, ἀληθέοισι ἀληθοῖσι: in quibus εο in ο, & εα in κ, & εοι in οἰ miscentur & contemperantur. Dicitur autem crasis à uerbo κεράννυμι, cuius præteritum actiuum est κέκρακα, per syncopen, pro κέκαρακα, unde passiuum κέκραμαι, à cuius secunda persona uidelicet κέκρασαι, fit uerbale κράσις, id est, mixtio, commixtio, temperatura, uel temperamentum. κεράννυμι & κρᾶνύω significat misceo, & tempero.



Animaduertes porro, omnem & syn.eresin & crasin fieri perpetuò uel ex duabus uocalibus breuibus in longam uel uocalem uel diphthongum: uel ex breui & longa, & semper in longam. Quòd si contingat longam præcedere breuem, nulla inde fiet cōtractio, nisi rarissimè apud Poëtas, ut nos fusius in nostro enchyridio ad notionem accentuum & quantitatis syllabarum. Tu reliqua exempla tibi deprome ex Clenardo: fuerit enim non difficile, præsertim industria & ingenuè nato.

Prima declin. & c. Pag. 19. uers. 24.

Tres sunt terminationes, quas Græci κατάληξαι uocant, nominum omnium primæ classis contractorū, nempe us, es, os. Notabis tamen in transitu, neutra in es deduci à communibus in us, atq; adeo huiusce inflexionis nomina omnia habere e, pro characteristica, seu indice literæ obliquorum casum, ex qua uocali e, & sequente uel uocali, uel diphthongo contractio nem fieri, eo quo tibi præscripsit modo Clenardus in formula contractionum nominum primæ inflexionis. At hæc nomina, quæ in omnibus casibus contrahuntur, ὀλοπαδῆ à Græcis dicuntur, à nomine ὅλος, totus, πάθος affectus, passio, quòd tota sint affecta, nempe in omnibus casibus contractionem recipiant: ut ἠρακλέης ἠρακλῆς, ἠρακλέε & ἠρακλέες, & ita deinceps. Quæ uerò non in omnibus, sed in multis duntaxat contrahuntur, à Græcis πολυπαδῆ uocantur, à πολὺ multū, & πάθος affectio, quòd in mul

tis, nec tamen in omnibus casibus affecta sunt contractione: ut δημοδένως, δημοδένεσ, ους, & ita deinceps: in quo Nominatiuus & uocatiuus singulares non contrahuntur. Idem iudicium de reliquis id genus. Sed reperiuntur nonnulla in secunda potissimum declinatione, item in tertia & quarta, quæ quia in paucis casibus patiuntur contractionem, uocantur propterea ὀλιγοπαδῆ: ὀλιγσ enim est paucus, παδσ uerò passio: quasi paucipassa, aut paucipatientia dicas.

Secunda declin. Pag. 20. uers. 25.

Secunda contractorum declinatio habet pro indice, seu formatiua obliquorum casuum breue ι, ex quo & uocali sequente semper fit contractio in ι longū. Omnis enim syllaba cōtracta longa est natura. Quod si proprietate linguæ Ionice ueteris, ι, figuratiuam in ε, eandem cum prima contractionem recipiet, sed in illis duntaxat casibus, in quibus hæc secunda contractionem admittit. Est enim de classe ὀλιγοπαδῶν, id est, paucipassorum.

Quinta declinatio, & c. Pag. 22. uers. 15.

In hac declinatione due duntaxat contractiones recipiuntur, nempe in α, longum, & in ω: fit enim ex uoce communis linguæ, uox Ionica reuulsa, τ, litera characteristica. Deinde ex uoce Ionica, utpote hiulca, conflatur contractio, quæ propria est Atticorum. Et quia in hac declinatione α breue litera est characteristica uocis Ionice, ex qua consurgit Attica contractio, si aut ι, aut ε, sequatur figuratiuam α, semper in α,

in  $\alpha$ , fiet contractio, subscripto tamē iota, si  $\alpha$  fiat ex  $\alpha i$ . Quod si præcedat  $\alpha$ , & sequatur  $\omega$ , aut  $o$ , siue solum, siue in diphthongo, semper fit contractio in  $\omega$ , subscripto tamen  $i$ , si fiat ex  $oi$ , sic  $\omega$ .

In uerborum coniugation. &c.

Pag. 23. uers. 5.

Διαθέσεις, id est, dispositiones uerborum formulæ uidelicet coniugandi ac figuræ tres sunt in uerbis barytonis & circumflexis, nempe  $\omega$  actiuorum,  $\mu\alpha i$  passiuorum, &  $\mu\alpha i$  mediorum.  $\omega$  dispositio actiua est, id est, quædam coniugandi formula, qua per omnes modos, omnia tempora, & omnes personas facilis notio est, quæ terminatio actiua sit: ut  $\gamma\epsilon\acute{\alpha}\phi\omega$ ,  $\gamma\epsilon\acute{\alpha}\phi\alpha\varsigma$ ,  $\gamma\epsilon\acute{\alpha}\phi\iota$ ,  $\gamma\epsilon\acute{\alpha}\phi\omicron\upsilon\varsigma i$ ,  $\epsilon\gamma\alpha\lambda\alpha$ , dispositionis actiuae sunt quia ex  $\omega$  deducuntur. De passiuorum & mediorum dispositione itidem est iudicandum. Appellatione dispositionum Demetrius τὰ γένη, id est, genera uerborum intelligit. Sed ex hac nostra diuisione dispositionum, si dispositio pro genere sumatur, palàm est, aliam esse rationem generum apud Latinos, & aliam apud Græcos. Genera Latina uerbi significationem explicant: Græca uerò pro dispositionibus sumpta ductum siue filum coniugationis indicant. Quod si Græcorum genera non pro dispositionibus sumas, sed Latinorum more illa quatenus uerbi significationem explicant, consyderes, multo plura nec dubiè uerborum genera apud Græcos reperiās, quàm apud Latinos, ut ex altera hac diuisione patebit hoc modo:  $\gamma\epsilon\acute{\nu}\omicron\varsigma$  ἐνὸς γνηκόρ, id est, genus actiuum, ut τὴν  $\eta\omega$ ,  
uerbe.

uerbero, παθητικόν, id est, passiuum, ut τύπσομαι, uer-  
beror: εὐδ'έπερον, id est, neutrum, ut ὑγιαίνω, id est, ua-  
leo, ζῶ, uiuo: κοινόν ἔιτ' οὐδ' μέσον, id est, commune  
siue medium, ut βιάζομαι, id est, compello, uel com-  
pellor: cogo, uel cogor: utolo, uel uiolor. Per se acti-  
uum siue deponens, Gracè αὐτοεινεργητικόν, ἢ ἀπο-  
δεικτικόν, ut μάχομαι, id est, pugno: αὐτοπαθητικόν,  
id est, per se passiuum, ut πάσχω, passior: ὀλινεργητι-  
κόν, id est, omnino actiuum in uerbis neutris, ut ἀνα-  
βαίνω, id est, conscendo. Et αὐτοοδεπερον, id est, per  
se neutrum, ut πλουτῶ, id est, ditescor, omnino passi-  
uum plusquam medium, seu plusquam commune: de qui-  
bus omnibus latissimè se expandit diuisio, tum apud  
Gazam, tum apud Demetrium.

Quinta in λ, μ, ν, ρ, &c.

Pag. 24. uers. 15.

Quinta coniugatio habet quatuor liquidas siue  
immutabiles, λ, μ, ν, ρ, characteristics presentis &  
futuri, quæ manent in aliis quoque temporibus, non tu-  
giter figuratiuæ, sed ante ipsorum temporum figura-  
tiuas: ut φάλλω, Fut. φαλῶ, ἔφαλλα, ἔφαλλαι, ἔφαλλο  
δλω. Meritò proinde immutabiles dicuntur, quia non  
mutantur in alias consonantes, sed eadem perpetuò  
retinentur: uel ita reticiuntur, ut nulla alia conso-  
nans in ipsarum locum sufficiatur. In aliis coniugatio-  
nibus secus, siquidè indices thematis uerborū primæ  
coniugationis π, β, φ, in futuro migrant in δ: præte-  
ritum uerò assumit φ, pro indice. In aliis uerò cōiuga-  
tionibus



IN GRAM. CLENARDI.

tionibus perinde, sola quinta excepta. Notio. Quam  
 docunq; σ est figuratiua futuri, κ est index præteriti  
 perfecti: ut ἄνω, ἄσω, ἦκα : φράσω, φράσω, πέφρακα:  
 ἄκουω, ἄκῶσω, ἦκουκα. At in quinta coniugatione, di-  
 cet aliquis, præteritum in κα desinit, nec tamen futu-  
 rum in σω. Cui respondendum, non inmerito prorsus  
 præteritum quinta sibi reseruasse κ, pro indice, sique  
 dem proprietate duarum linguarum, Æolica uideli-  
 cet et Dorica, futurū in uerbis omnibus quinta in σω  
 desinit, retenta tamen ante σω figuratiua uocis lin-  
 guæ communis: ut ἴδω, Futurum commune ἴαλω,  
 Doricum & Æolicum ἴαλω: sic πείρω, πείρω,  
 πείρω: νέμω, νέμω, νέμω, & ita in reliquis.

Præsens singulare τῦπῶ,

Pag. 26. uers. 8. & 9

Præsens, quod modo fit, significat, ut λέγω, id est,  
 loquor. A Græcis uocatur ἔστις χρόνος, id est, in-  
 stans tempus, ab ἐ, id est, in: & ἵσθαι, sto: significat  
 enim id quod adest, quodq; præsens est, quippe actum  
 ipsum existere, & nondum desisse indicat.

Imperfectum, & c. Pag. 26. uers. 17.

Præteritum imperfectum à Græcis ἄτακτος  
 χρόνος dicitur, id extensiuum tēpus, extenso utpote  
 tempore in rem quæ agebatur nondum perfectam.

Nonnulli Grammaticorum inchoatiuum modum no-  
 minant, quia id quod agitur, partim quidem præteri-  
 iisse, sed adhuc pendere, & quasi extensum esse signi-  
 ficat. A ἄτακτω, id est, extendo, ut, Cū tu rideres,  
 plorabam.

Datto

ADNOTATIONES

Datiuis pluralibus, &c. Pag. 26. uers. 19.

Ex uerbis authoris tibi ostenditur duntaxat lingua communis appendix. At uerò lingua Attica sit eadem, etiam ante consonantem sequentis dictionis capitalem: ut τῶν τῶν τῶν τῶν. Tu ergo eum canonem sic colligas, Datiuis pluralibus in *i* desinentibus, tertius item personis quorumcunque uerborum aut in *ε*, aut in *i* finitis, communes quidem u appendicem addere consueuerunt sequente dictione, quæ incipiat à uocali: Attici uerò etiam sequente consonante: Iones nunquam, quippe qui & dictionibus & orationibus quantumuis hiulcis gaudent, aut certe in prædictis casibus & personis *i*, uel *ε*, per apostrophon elidere solent. Et quia in mentionem apostrophæ denuo incidimus, supplenda hoc loco sunt à nobis illa, quæ de proprietate apostrophæ incogitantes omisimus, quum de apostropho ageremus, nempe omnem uocalem, quæ elidatur per apostrophum, breuem esse, etiam si de classe bitemporarum sit. Quòd si sint diphthongi *αι* & *οι*, quæ uatura sunt longa, & in fine dictionum ante uocalem sequentis dictionis capitalem, anticipantes: in ratione tamen apostrophæ perinde atque in ratione assignandorum accentuum, pro breuibus habentur, & proinde apud Poetas potissimum per apostrophum frequentissimè eliciuntur.

Diphthongi mutabiles, &c.

Pag. 27. uers. 12.

*αι* & *οι* præpositivæ uocales, in diphthongis mutabilibus *αι*, *αυ*, *οι*, nihil minus mutabiles sunt, ac quum  
citra

citra complexum diphthongi comperiuntur. Nam α, in κ, ο uerò in ω, proprias utpote longas commutantur: subiunctiua uerò i illis suppingitur. At in diphthongis immutabilibus nulla fiet neque præpositiua, neque subiunctiua uocalis mutatio, nisi aliquando apud Atticos, qui ex diphthongis ε̄ & ο̄ et conuertunt ε̄ præpositiuam diphthongi in κ: ut ἐκχομαι, κὺς χόμω, ἐιδ̄ϕρ, ἡδ̄ϕρ, noueram, plusquamperfectum medium à themate ἐιδ̄ω. In η̄ autem iota subditur, quod illi est perpetuum, quādo subiunctiua est in diphthongo propria, si ex propria conflaueris impropriam, u non item.

Perfectum τέτυφα, &c. Pag. 27.

uers. 26. & 27.

ἄκείμεν & χρο̄ν &, id est, adiacens tempus, quod uulgo Latinorum præteritum perfectum dicitur, prorsum absolutam actionem designat. Et Graecis adiacens tempus dicitur, quia quod iam primum factum est significat: à ἄκ̄: ad, iuxta: & κείμαι iaceo: unde compositum ἄκείμαι adiaceo, ἄκείμεν & adiacens. Totum enim (ut dixi) actum exactum esse significat, sed paulò ante, ita ut instanti seu præsentī adiaceat: unde quia tempus signat præteritum, sed limitatum & circumscriptum, ideo ab Aristotelo differt, ut aperiam suo loco.

Quod ad primam (s. syllabam) attinet,

Pag. 28. uers. 3.

Quæcunq; uerba uocales habent, diphthongosq; tam mutabiles quàm immutabiles thematis initiales;

quæ

## ADNOTATIONES

quæcunq; item à consonantibus incepta, in principio imperfecti habent ε augmentum syllabicum positione longum, ea idem initium habent in omnibus præteritis, nempe præterito imperfecto, perfecto, plusquã perfecto, & duobus Aoristis: ut ἀνώω, ἔνωον, ἔνωκα, ἔνωκαρ, ἔνωσα, ἔνωσθαι: sic πείρω, ἔπειρα, ἔπειρακα, ἔπειρακαρ, ἔπειρασα, ἔπειρασθαι: eodẽ modo id genus reliqua omnia, quæ sunt innumera, quæq; tua ipsius diligentia tibi uenaberis, prælegendis magnis autoribus.

At dissyllaba quintæ, &c.

Pag. 28. uers. 26.

Ab hac lege exorbitant uerba dissyllaba quintæ coniugationis habentia μ pro indice tum presentis tum futuri: siquidem non mutant ε futuri penultimam in α in præterito, sed formant præteritum præteritiue penultimam instar uerborum sextæ coniugationis barytonorum, aut certe primæ contractorum, ac si νεμίω, uel per κρῶσις νεμῶ, pro νέμω barytono usitato diceres, unde futurum foret νεμίσω, uertendo σω in κα, præfixoq; augmento ex futuro forma ueris præteritum νενέμικα usitatissimum, & non νενάμικα. quod quidem præteritum format paulò post Clenardus ascito η ad μ, per epenthesein uidelicet uocalis ita. Tu utranq; rationem expende, ut collatione utriusq; & autoris, & meam intelligas mentem.

Plusquamperfectum ἔτετύφαρ, &c.

Pag. 29. uers. 11.

Plusquamperfectum uocatur Græcis ὑπερσυντελικὸς χρόνος, id est, plusquamperfectum tempus, eius usus



usus est Græcis, qui & Latinis : ab ὑπὲρ supra, cum, & τελῶ finio, perficio, quod finitū esse actum, & multo ante significet.

In fronte assumitur ε, &c. Pag. 29.

uers. 14. & 15.

Quæ habent ε incrementum syllabicum breue in fronte imperfecti, quo modo ad præteritū usq; plusquamperfectum crescant in principio, tu sic perpendito, τὸ πῶ præsens dissyllabum est: ἔτυπῳ imperfectum trisyllabum: τέτυπα perfectum trisyllabum, crescit una duntaxat litera, quæ ex initio theomatis repetitur supra augmentum syllabicum, si ipsum quidem fuerit breue, ad constitutionem primæ syllabæ præteriti perfecti τέτυπα, quod quia incipit à consonante, plusquamperfectum assumit denuo ε, incrementum alterum syllabicum, sic, ἔτετύπα: de reliquis idem iudiciū. Notabis tamen, plusquamperfectum aliquando contentum esse augmento præteriti perfecti, ut docebitur aliàs.

Aoristus primus ἔτυπα. Pag. 29. uers. 22.

Αόρις & ἄορις, id est, indefinitum tempus, consummatam quidem actionem esse significat, sed indefinitè, id est, neq; multo, neque paulo ante indicat, ob idq; ἄορις & dicitur ἀπὸ τοῦ α, σεπτικῶς μορίου, id est, ab α priuata particula: & ὀρισός, id est, finitus: ὀρίζω finio, desinio. Differt autem ἄορις & ἀπὸ ἀκεί μένω, id est, adiacente, quod παρὰ κεί μενος rem iam primum præterisse indicat: unde dicitur adiacens, quasi iuxta id positum, quod transit. Αόρις & uerò

C præ

præteriſſe rem ſignificat , ſed indefinitè (ut dixi)  
 quia ambiguum eſt, num olim, an modò præteriit id  
 quo de agitur, cum per indefinitum exprimitur, quòd  
 eius ſignificatio alioqui præterita non circunſcriba-  
 tur neq; limitetur: ut cum dico τέτυφα, id eſt, uerbera-  
 rauit, indico me iam primum uerberaſſe. Cũ uerò ἔτυ-  
 φα uel ἔτυπον dico, utens indifcriminatim alterutro  
 aoriſto, uerberaſſe me ſignifico: uerum ambiguus eſt  
 quo cum ego loquor, olim ne, an nuper uerberaue-  
 rim. Quæ duplicis præteriti ratio uel hoc mihi pro-  
 batur, quòd actus alios παρακειμένω, alios uerò ἀο-  
 ρίſω ſignificantius exprimamus. Romanus utrunque  
 præteritum ſub uoce unica confundit, uertens pro  
 τέτυφα, ἔτυφα, & ἔτυπον, uerberaui. Gallus pro-  
 prietatem helleniſmi feliciffimè aſſecutus, pro τέτυ-  
 φα ſuo idiomate uertit, ie le ay batu: & pro aoriſto  
 utroque ἔτυφα, & ἔτυπον, ie le bati. At ſi aoriſto  
 adiunxeris aduerbium ἄρτι, id eſt, nuper, præteriti  
 perfecti ſignificationem fueris aſſecutus, ut ἔτυφα,  
 uel ἔτυπον ἄρτι, hoc eſt, uerberaui nuper, Gallicè, ie  
 le bati na pas long temps, hoc eſt, τέτυφα Græcè, ie  
 le ay batu Gallicè. Si uerò aoriſto addideris πάλαι,  
 id eſt, olim, plusquamperfecti ſignificationem habue-  
 ris: ſic ἔτυφα πάλαι, id eſt, ἔπετύφην. Ambo autem  
 indefinita ſignificatione inter ſe conueniunt, ſicuti et  
 ambo futura. Proinde lingua locupletada gratia præ-  
 tius, q̄ ulla neceſſitate excogitata uidentur hæc duo  
 tempora congeminata.

Ab ini

Ab indicatiuo, &amp;c. Pag. 32. uers. 7.

Notio. Adde modum indicatiuum basim esse ac fundamentum reliquorum omnium modorum, quippe quū ex eius temporibus singulis singula sint formanda tempora, in reliquis deinceps modis et participiis. Idcirco primum omnium tibi sedulo ediscendus memoriaq; firmissima tenendus, ut nullo postea labore possis inde aliorum modorum tēpora corruare, præsens à præsenti, præteritum à præterito, aoristum ab aoristo, futurum à futuro, ut uiua uoce Deo adspirante trademus.

Futurum quoq; nec hic reperitur.

Pag. 32. uers. 14.

Verba Demetrii sunt hæc, ἔτι ἢ τοῖς προσωκλινοῖς καὶ ὑποτακτικοῖς μέλλοντες οὐκ εἰσὶν, οἱ δὲ ἀόριστοι μέλλοντων ἔχουσι σημασίαν, καλοῦνται δὲ ἀφ' ὧν πρᾶξιον, id est, Præterca in imperatiuis, inquit, & subiunctiuis futura non sunt, uerim aoristi futurorum habent significationem: denominationem autem sumunt ab illis, à quibus deducuntur.

Nihil quicquā neq; citius neq; tenacius herere potest, quàm id quod oculi memorie commendarunt: idcirco breuissimos tibi præscribemus elenchos formulasq; deductionum temporum non pœnitendas, quibus citra laborem possis notionē asscqui genuini discursus singulorum temporū per omnes modos et participia, deducendo illa à suis temporibus indicatiui modi, hoc modo:

Indicat. praesens τύπτω  
 & imperfectū ἔτυπτορ,  
 quae in aliis modis coniun-  
 guntur, sic, à superiore fa-  
 cta semper deductione.

Imperat. — τύπτε, ω in  
 ε conuerso.  
 Optat. — τύπτοιμι, ω in  
 οιμι uerso.  
 Subiunct. — ἔαρ τύπτω,  
 ut in indicatiuo.  
 Infinitiuus — τύπταρ, à  
 τύπται, addito ρ.  
 Particip. — τύπτωρ, à τύ-  
 πτω, addito ρ.

Indicat. perfect. τέτυφα,  
 & plusq̄perf. ἔπτύφειμ,  
 quae in aliis deinceps mo-  
 dis coalescunt sic,

Imperat. — τέτυφε, α in ε.  
 Optat. — τετύφοιμι, α in  
 οιμι uerso.  
 Subiū. — ἔαρ τετύφω, α in ω  
 Infinit. — πτυφέναι, à τέ-  
 τυφε, addēdo ναι, & ac-  
 cētū in ρcul. retracto.  
 Partic. πτυφώς, α in ως.

Indicat. Aorist. ἔτυψα,  
 ας. A quo in reliquis de-  
 inceps modis, recte au-  
 gmentum.

Imperat. — τύψορ, α in  
 ορ uerso.  
 Optatiuus — τύψαιμι,  
 α in αιμι.  
 Subiunct. — ἔαρ τύψω, cō-  
 uerso α in ω.  
 Infinit. — τύψαι, A tertia  
 indicat. ε uerso in αι.  
 Particip. — τύψας, A secū-  
 da indicat. ἔτυψας, re-  
 lecto augmento ε psilo.



IN GRAM. CLENARDI.

*Imperat.* — τύπε, ορ in ε.  
*Indicat. Aorist. 2.* } *Optat.* τυποιμι, ορ in οιμι.  
 ἔτυπον, ες. A quo } *Subiun.* τυπω, ορ uerso in ω.  
*deinceps reiciendū* } *Infinit.* — τυπειν, idem cum se-  
*augmentum in Aori* } *cundo Futuro, de quo*  
*sto primo.* } paulō post.  
 } *Particip.* — τυπῶν, acuto ῶν,  
 ex ορ grauitono, & reie-  
 cto augmento.

*Indicat. Fut. pri.* } *Optat.* τυψοιμι, uerso ω in οιμι.  
*mum τυψω.* } *Infinit.* τυψαν, A τυψει, addenda  
 } μ, ut in presenti.  
 } *Particip.* τυψων, à τυψω, adde ρ.

*Indicat. Fut. secundū* } *Optat.* — τυποιμι, uerso ῶ in  
*τυπῶ. A 2. Aor. ορ in* } οϊμι.  
*ῶ circumflex. detra-* } *Infinit.* — τυπῆν, à τυπῆ, ad-  
*ctōq; augmento.* } dendo ρ.  
 } *Particip.* — τυπῶν, à τυπῶ,  
 addito ρ.

Iam uerò reliquas formationes temporum tu ipse  
 aut ex Clenardo, aut ex quouis alio grammatico au-  
 cupare: fecisse nanq; satis officio hoc loco mihi ui-  
 deor, si digitum (ut aiunt) in frontē intenderim, unde  
 Græcarum literarum studiosi alias subinde atq; alias,  
 aliorum ex aliis temporum deriuationes hauriant.  
 Nec me fugit, alios alia ratione deductionis & ex-  
 cursus quorundam temporum aliquando usos. Mihi  
 quidē certè placet facilitas, quam hæctenus siue Græ-  
 ca, siue Hebraica fuerint mihi tractanda, quàm potuit

ADNOTATIONES

diligentissimè enixissimeq; sum consecutus. Quod  
quàm uerum sit, attestari possunt ii iuuenes ingenui,  
qui toto hoc septennio aut octennio peregrinas lite-  
ras me profitentem sedulo studioseq; audierunt.

Nunc autem pergamus ad uerba passiuæ.

Fit ab actiuo extre. & c. Pag. 36. uers. 1.

In formatione præteriti passiuæ ex actiuo, dicitur  
Clenardus extremam literam aut syllabam conuerti  
in  $\mu\alpha\iota$ . Tu autem hunc in modum distinguito, ut di-  
cas, in prima & secunda duntaxat coniugationibus  
extremam literam, quæ perpetuò est  $\alpha$ , conuerti in  
 $\mu\alpha\iota$ : in reliquis uerò deinceps cōiugationibus, in quibus  
uidelicet præteritum in  $\kappa\alpha$  desinit, integra ipsa  
syllaba extrema,  $\kappa\alpha$ , migrat in  $\mu\alpha\iota$ .

In prima coniug. & c. Pag. 36. uers. 4.

Formando præteritum passiuum ex actiuo, inueni-  
ens primum ordinem mutarum inter se oppositarum  
hac ratione. Nempe ut  $\phi$ , sit index præteriti actiuæ,  
in prima uerò passiuæ persona,  $\beta$ , media, ante  $\mu\alpha\iota$ : sed  
quia  $\beta$ , cum sequente litera, quæ est  $\mu$ , malè coheret,  
idcirco uertitur in  $\mu$  alterum, uitanda cacophonie  
gratia, ut  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\phi\alpha$ ,  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\beta\mu\alpha\iota$ , unde  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\mu\mu\alpha\iota$ . In  
secunda uerò & tertia persona ante  $\zeta\iota$  uidelicet &  
 $\theta$ , est  $\omega$ , tenuis: ut  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\psi\alpha\iota$  pro  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\pi\zeta\iota$ ,  $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\pi\theta$ .  
 $\psi$  enim ualeat  $\pi\sigma$ , ut nos docuimus suo loco.

Eadem hic ratio, & c. Pag. 36. uers. 21.

In secunda coniugatione, secundus ordo mutarum  
inter se, eo quo suo loco docui modo, oppositarum for-  
mat præteritum passiuum ex actiuo, sic, ut  $\chi$  sit index  
præteriti actiuæ:  $\gamma$  uerò quæ media est, ante  $\mu\alpha\iota$ , in

IN GRAM. CLENARDI.

prima uidelicet prateriti passiuī persona scđem habeat: in secunda uerō ac tertia eiusdem prateriti passiuī persona singulari ante  $\xi$  &  $\eta$ , uidelicet est  $\kappa$ , tenuis: ut λέλεχα, λέλεγμα, λέλεξα, προλέλεχα, λέλεκε $\xi$ :  $\zeta$  enim, ut ante dictū est, ualet  $\kappa\sigma$ . At in prateritis reliquarum coniugationū isthęc mutarum oppositio locum habet minimē, nisi demum in quarta, siquādo in formatione futuri  $\xi$  prateriti perfecti secundam imitetur coniugationem: de ceteris autem consulto Clenardum.

Sexta coniugatio nunc. Pag. 39. uers. 22.

Verba illa quę ex sexta barytonorum migrant in aliquam classē contractorum, si perfecti actiuī penultimam longam habuerint, nihil ante  $\mu\alpha\iota$  assumūt: ut ποιέω, πεπείκηα, πεπείημαι: βοάω, βεβόηκα, βεβόημαι, χυσώω, κεχύσωκα, κεχύσωμαι. Sin breuem, ante  $\mu\alpha\iota$  assumunt  $\sigma$ , ut τελέω, τετέλεκα, τετέλεσμαι: γελάω, γεγέλακα, γεγέλασμαι. Sunt quę absque  $\sigma$  profertuntur: ἄρώω, ἤροκα, ἤρομαι: δέω, δέδεκα, δέδεμαι: δράω, δέδρακα, δέδραμαι. At uerba sextę coniugationis incontracta, quandoq;  $\sigma$  recipiūt ante  $\mu\alpha\iota$ : ut ἤκω ἤκασμαι. i. audio, auditus sum κελεύω, iubeo, hortor, κέκλιςμαι: κλείω, claudo, κέκλιςμαι,  $\xi$  κέκλιςμαι: μῶω, taceo, contrabo, claudo, uέμισμαι: σείω, quatō, σέσπισμαι: κρούω, pulso, κέκρουσμαι. Quandoq; nihil ante  $\mu\alpha\iota$  asciscūt ut λύω soluo, λέλυμαι: βασιλεύω, regio fastigio clareo, scepra teneo, βεβασίλημαι:  $\xi$  alia id genus, si qua reperiantur, eodem modo formabuntur: quę

ADNOTATIONES

tu tua ipsius diligentia lectione accurata uenaberis.

Formula discursus ac deductionis temporum uocis passiuæ baryton. per omnes modos & Participia.

Imperat. — τύπτου,

A secunda imperfecti sublato augmento.

Ortat. — τυπτοίμην, ομαι in οίμην: uel ab actiuo μι in μην, τυπτοίμι τυπτοίμην.

Indicat. præf. τύπτομαι, & imperfect. ἐτυπτόμην, quæ duo tempora in aliis deinceps modis compactilia sunt, ut in actiuo à τύπτω, ω in ομαι, sit τύπτομαι. Rursum ab ἐτυπτορ, uerso ορ in οίμην, sit ἐτυπτόμην.

Subiun. ἔαρ τύπτωμαι, ut in Indic. sed ο præcedens μαι migrat in ω.

Infin. — τύπτεσθαι, A secunda plurali Indicatiui uerso ε in αι: uel à tertia singulari uertendo ται in σθαι.

Participium τυπτόμεν & uerso μαι in μέν &.

Indic.



Imperat. τέτυλο, A secunda plusquamperfecti sublato augmento.

Optat. τετυμμένον ἔϊον κρ. Suppletur per participium præteriti temporis, ἔϊον κρ. uerbum Substantiuum Optatiui modi, ut apud Latinos.

Indicatiui perfectum τέτυμμαι: ἔϊον κρ. plusquamperfectū ἔϊον κρ. quæ in aliis deinceps modis compinguntur ut in uoce actiua, formationē eorum uide apud Clenardum.

Subiunct. ἔϊον κρ. τετυμμένον ἔϊον κρ., per participium, præteriti temporis, ἔϊον κρ. uerbum substantiuum subiunctiui modi, more Latinorum.

Infinit. τέτυφθαι, A secunda plurali indicatiui uerso ε in αι, ἔϊον κρ. accentu retracto in penultimam: uel à tertia singulari mutatis tenuibus in adspiratas.

Particip. τετυμμένον ἔϊον κρ., A prima singulari μαι uersa in μένον ἔϊον κρ.

ADNOTATIONES

- Impera. τυφθητι, A tertia indicatiui, si uideatur, sublato augmento, & addito uel θι uel τι, uide Cle.
- Indicat. Aori. 1. Opta. τυφθεικρ, à prima singulari, sublato incremēto, & inserta diphthongo ει inter mutā aspiratā, & terminationem κρ, ut uides.
- Subiunct. εἰς τυφθῶ, A prima singulari sublato augmento, & uersa κρ in ῶ circumflexum.
- Infinit. τυφθῶσαι, A tertia singulari, sublato augmento, & addito vai.
- Particip. τυφθεῖς, A secunda singulari indicatiui sublato augmento, & acuto ει pro κ uidelicet.
- Imperat. τυπηθι, A tertia singulari sublato augmento, & addito θι.
- Optat. τυπεικρ, A prima singulari reiecto augmento, & interiecta ει diphthōgo, ut in priore aoristo
- Indicat. Aori. 2. Subiunct. εἰς τυπῶ, A prima singulari, si uideatur, remoto augmento & κρ in ῶ uersa.
- Infinit. τυπῶσαι, A tertia singulari sublato augmento, & addito vai.
- Particip. τυπεις, A secunda singulari sublato augmento, & acutitona ultima, & assumpta ει pro κ.

Indicat.

IN GRAM. CLENARDI.

Indicat. Fut. 1. τυφθίσομαι,  
A secunda primi aoristi per-  
sona sublato augmento, & ad-  
dito ομαι: ut ἐτύφθης, τυφ-  
θίσομαι.

Orat. τυφθισοίμην,  
A prima singulari ομαι  
in οίμην.

Infinit. τυφθίσεσθαι, A  
secunda plurali sui  
temporis Indicatiui,  
conuerso ε in αι, ut in  
praesenti.

Particip. τυφθισόμε-  
νον, A prima singu-  
lari, μαι in μένον.

Indicat. Fut. 2. τυπήσομαι,  
A secunda persona secundi  
Aoristi, sublato augmento,  
& addito ομαι, ut ἐτύπης  
τυπήσομαι,

Orat. τυπήσοίμην,  
A prima singulari  
οιμαι in οίμην με-  
σο.

Infinit. τυπήσεσθαι, A  
secunda plurali sui  
temporis indicatiui  
sed ε in αι.

Participium, τυπήσο-  
μενον, A prima sin-  
gulari sui tempo-  
ris indicatiui modi,  
μαι in μένον, τυ-  
πήσομαι, τυπήσο-  
μενον.

Indicat.

Indicat. paulò pòst Futurum  
 κττύφομαι. A secunda perfe-  
 cti interiecto ου, ut τέτυφα,  
 inter ψ & αι interposito ου,  
 fit κττύφομαι: uide Clenardū  
 & contra naturam Futurorū,  
 quippe augmento carentiam  
 retinet augmentum præteriti,  
 à quo formatur, idq; in omni-  
 bus modis.

Optat. κττύφοιμῆρ,  
 A prima singula-  
 ri ομαι in οιμῆρ  
 uerso.

Infinit. κττύφεισθαι,  
 A secunda plura-  
 li indicatiui, ε uer-  
 so in αι.

Particip. τετυφόμε-  
 νος, A prima sin-  
 gulari uerso μασ  
 in μωνος, τετυφόμε-  
 ναι, τετυφόμε-  
 νθ.

Nec te moueat, studiosè lector, quod aliam uiam  
 ingressus ego, alia plerunq; ratione ac methodo usus  
 sim, quàm alij Grammatici consecrati sunt. Mibi  
 in quibusdam placuit alia subinde atque alia præcep-  
 tio, non in omnibus, inquam, sed in nonnullis dimita-  
 xat. Studui enim (ut prædixi) & facilitati, quantum  
 in me fuit, & breuitati. Si alia methodus tibi arrideat  
 eam amplectere. Si compendiarium magis nactus  
 fueris utam, eam ingredi, eam insiste. Nihil enim re-  
 fert, quo quisq; modo, quaq; ratione discat, dummodò  
 rem rectè intelligere queat. In hisce formulis, à me  
 breuitatis ergò tibi præscriptis, primas quasque per-  
 sonas, in singulis temporibus tibi proposui: reliquas  
 autem atq; ad eam motionem totam, excursuq; coniu-  
 gationis integræ per omnes personas & numeros,  
 ex Cle-



Ex Clenardo expiscare. Volui enim hanc tibi præscribere uiam rationemue, qua postquam ex Clenardo solidam coniugationem didiceris, memoriæ tuæ possis, nullo prope negotio, inculcare: ea præsertim, quæ in tanta multitudine, tot salebris, sinuosisq; anfractibus, facile memoria elabi possunt, & excidere. Tu, quod ea quæ siuerim diuerticula, in quibus utpote animū iam multis laboribus exantlatis, multisq; sudoribus fatiscentem recreare ac rescicere possis, æqui boniq; consulas. Quoniam autem & actiuum & passiuum absoluimus, reliquum est, ut de uerbo quoque medio nonnihil agamus.

Verbum Medium, &c.

Pag 45. uers. 15.

Ab actiuo & passiuo medium uerbum deflectunt Græci, quod significationis utriusque sit particeps. Aliquando enim actiuè, aliquando & passiuè significat, pro ratione utpotè constructionis.

Præsens & imperfectum uerbi mediij eadem prorsus sunt cum uerbo passiuo. Perfectum uerò & plusquamperfectum formantur ab actiuo per indicem secundi Aoristi & secundi futuri cum finali & augmento perfecti & plusquamperfecti actiuorum. Proinde superuacaneum foret, hoc loco proponere elenchos deductionum eorum temporum: siquidem iam præsentis & imperfecto mediij uerbi satisfacimus in formula passiuorum, à quibus in duobus illis temporibus medium ne latum quidem unguem discedit. Quæ tuam autem attinet ad perfectum & plusquamperfectum,

etum,

Etiam, sequere tabellam actiuorum. Reliquiam igitur  
est, ut perstringamus utrunq; Aoristum, & utrunque  
Futurum, in hunc modum:

Indicat. Aorist. i. medius ἐτυψά-  
μην, ab ἐτυψα primo Aoristo  
actiuo addendo μην, ut ἐτυψα,  
ἐτυψάμην.

Imperat. τυψαι, A  
secunda indica-  
tiui ω uerso in  
αι, & abiceto  
augmento: ut  
ἐτυψω, τυψαι,  
ἄδω.

Optat. τυψάμην,  
unde & quo mo-  
do imperatiuus  
addendo μην.

Subiunc. ἐάρτυψω  
μαι, A secunda  
Indicat. subla-  
to augmento, &  
addito μαι.

Infinit. τυψάσθαι,  
A secunda plu-  
rali indicat. mo-  
di sublato aug-  
mento, & ε uer-  
so in αι.

Particip. τυψάμε-  
νος, A prima sin-  
gulari μην muta-  
to in μενος, et ab-  
iecto augmento.  
Indicat.

Indicat. Aor. 2.

ἐτυπόμην, A secundo Aoristo actiuo op in ὀμην uerso, ut ἐτυπορ ἐτυπόμην.

Imperat. τυποῦ, A secunda sui tem-  
poris indicatiui modi sublato aug-  
mento, & circumflexa ultima, ut  
ἐτύπου, τυπῆ, τυπέω.

Optat. τυποίμην, A prima singulari  
sublato augmento, & uerso o per  
nultima in οι.

Subiun. ἐάρ τυώωμαι, A prima sin-  
gulari ὀμην uertendo in ωμαι cū  
auulsione augmenti.

Infinit. τυπέσθαι, A secunda plurali  
uerso ε in αι, & augmento sublato.

Particip. τυπόμενος, A prima singu-  
lari uerso μην in μενθ, cum re-  
iectione augmenti, ut ἐτυπόμην  
τυπόμενος.

Indicat. Fut. 1.  
med. τυψομαι,  
ab actiuo τυψω  
ω in ομαι.

Optat. τυψοίμην, à prima singula-  
ri, ομαι in οίμην.

Infinit. τυψέσθαι, A secunda plurali,  
ε uerso in αι.

Particip. τυψόμενος, A prima sin-  
gulari uerso μαι in μενος.

Indicat. Futu. 2.  
med. τυπῶμαι,  
à 2. fu. act. ὦ cir-  
cūfl. uertēdo in  
ῶμαι: ut τυπῶ,  
τυπῶμαι.

Optat. τυπίμην, τυπίο, à prima sin-  
gulari, uertendo ῶμαι in οίμην.

Infinit. τυπῆσθαι, A secunda plurali,  
ι, uerso ε in αι.

Particip. τυπόμενος, A prima  
sing. uerso μαι in μένος.

Notio

Notio. Ex præcedentibus igitur palàm est, τὴν ἰσομαί, ut passiuum, significare percutior: ut medium autem, percutio uel percutior: sic reliqua & tempora & modos huiusce uerbi aliorumq; consimilium, communiter exponito. Habent & uerba deponentia Græci, quæ sola uoce passiuæ flectuntur, actiuè tamen perpetuò significant: ut ἐργάζομαι operor, ἐργαζόμην operabar, ἐργασμαι operatus sum. In hisce deponentibus coniugandis, primùm omnium fingenda est uox actiuæ, etiamsi abusiua sit.

Contractiones uerborum.

Pag. 50. uers. 11.

Verba grauitona, actiuæ, passiuæ, & mediæ, hæcenus explicuimus, quàm potuimus breuissimè: si quid enim in nostris hisce adnotationibus desideretur, illud supplendum est ex Clenardo: siquidem illa duntaxat uolui attingere, de quibus obscurè nimis locutus fuisset Clenardus, aut de quibus etiam nihil prorsus dixisset. Nunc restant determinanda circumflexa, de quibus animaduertas canones sequentes licet.

Verborum circumflexorum coniugationes sunt tres, quæ quidem certè distinguuntur per figuratiuas uerborum grauitonorum sextæ coniugationis, à quibus deducuntur.

Hæc characteristica seu figuratiua, sunt tres mutabiles, ε, α, ο: unde si uerbum grauitonum sexti coniugatus desinat in εω, circumflexum ex eo erit primi ordinis coniugandi: ut ποιέω, ποιῶ. Si in αω, secundi: ut βοάω, βοῶ: si in ὀω, tertij: ut χυσῶω, χυσῶ. Proinde



inde per ε primam, per α secundam, per ο tertiam dignoscimus coniugationem. Ab aliis autem uerbis grauitonis nulla deducuntur uerba circumflexa. Circumflexa ob id dicta sunt, quod syllabam ultimam circumflectant, aut saltem syllabam affectam contractione, nisi sequens repugnet, quemadmodum & grauitona ab accentu graui, quo afficitur syllaba finalis. Dixi, nisi sequens repugnet, quia longa etiam contracta, ante aliam longam acuitur, ut ἐποιεόμην, ἐποιόμην. Contracta uero, quia sunt ex contractione uocalis figuratiuæ ipsius uerbi grauitoni cum sequente uel uocali uel diphthongo. Cum igitur constet ex precedentibus omnem contractionem fieri in hisce uerbis, ex uocali figuratiua uerbi grauitoni, eademq; breui, nempe ε, α, ο, & sequente uel uocali uel diphthongo: talem uero uocalium concursum tantum reperiri in prima cognatione temporum, hoc est, in presentis & imperfecto, quæ habent easdem formatiuas inter se, unde cognata dicuntur tempora, sit propterea, ut hæc uerba habeant duntaxat duo tempora, presentis & præteritum imperfectum in omnibus modis, & Participiis. Quocirca superuacaneum fuerit in uerbis eiusmodi cætera requirere tempora, cum ea sint grauitonorum sexti coniugatus, de quibus superius abundè satis diximus. Enim uero quia uerba hæc contracta formantur à grauitonis actiuis, passiuis, & mediis, nemo attentet ea coniugare, antequàm grauitonorum coniugationem exactè & tanquam proprios unguis tenuerit, alioqui uentos retibus captaturus.

## ADNOTATIONES

Tota enim eorum difficultas in contractione consistit, quam tu prorsus deuitaueris, si grauitonis coniugationibus perspectis & cognitis, canones pro formula contrahendi à Clenardo tibi praescriptos notaaueris. Et quia tres (ut diximus) sunt coniugationes contractorum, tres etiam, pro numero coniugationum, elenchos, quas figuras contractionis uocant, tibi praescripsit, quas formulas habebis ob oculos, siquidem ex nobis alias non habebis. Verum enim uero notabis sedulo, in omni formula seu elencho, quatuor uocales, & quatuor diphthongos sequi continenter uocalem figuratiuam cuiusque uerbi grauitoni sextae coniugationis. Vocales eiusmodi sunt duae breues, uidelicet,  $\epsilon$ ,  $o$ : & duae longae,  $\alpha$ ,  $\omega$ . Quatuor autem diphthongi sunt,  $\alpha$ ,  $oi$ ,  $ou$ , &  $\eta$  cum  $i$  subscripto, ut uideas apud Clenardum in singulis formulis. Si  $\omega$  sequatur figuratiuam cuiuslibet coniugationis, fit semper contractio in  $\omega$ .

Indicatiuus praesens,  $\pi\omicron\iota\epsilon\omega, \tilde{\omega}$ .

Pag. 52. uers. 4.

Ratio contrahendae primae coniugationis, est eius modi: si diphthongus aut uocalis longa naturam sequatur figuratiuam  $\epsilon$ , in eandem ipsam sequentem fieri debet contractio: si uero  $\epsilon$ , in  $\alpha$ : si  $o$ , in  $ou$ : uide Clenard.

Indicatiuus praesens  $\beta\omicron\alpha\omega, \tilde{\omega}$ .

Pag. 56. uers. 21.

In secunda coniugatione si figuratiuam  $\alpha$ , sequatur uel  $o$  uel  $\omega$ , fiet in  $\omega$  contractio. Si uero  $\epsilon$  uel  $\eta$ , in  $\alpha$ : quod si  $i$  sequatur in diphthongo, suppingitur uocali

cali

## IN GRAM. CLENARDI.

Call contractæ α uel ω, ut uides. Si autem u, prorsus subtrahitur: hinc constat liquidò, in hac coniugatione secunda omnem contractionem fieri in α, uel ω.

Indicatiuus præsens, ἔω, ὄω, ᾤω.

Pag. 60. uers. 25.

Contractio tertiæ coniugationis sic fit: o figura sua sequentibus duabus breuibus, s̄ uidelicet, *ο* aut etiam *ου* diphthongo, in *ου* contrahitur. Si uerò sequatur *υ*, aut quæcunque alia diphthongus, contrahitur in *οι*. At Theodoro Gazæ placet sequente *υ* monophthongo contractionem fieri uel in *ω*, uel in *ου* cui tamen refragatur Chrysoloras, cui placet *οι* in diphthongum *οι* duntaxat contrahi. Hinc palàm est, omnem huius coniugationis contractionem fieri in *οι*, *ου*, uel *ω*.

Monosyllaba circunfl.

Pag. 64. uers. 27.

Verba, inquit, contracta reperiuntur monosyllaba in secunda coniugatione, *δράω*, *δρῶ*: *δράω*, *δρῶ*: *κλάω*, *κλῶ*. Sequitur apud Clenardum (in prima uerò minimè) quem locum sic legitimus: in prima uerò primæ coniugationis persona singulari minimè, nec in prima plurali, nec tertia, &c. Constat locum hunc uel librariorum uitio corruptum esse, uel Clenardum nō satis dixisse: idq; ex uerbis Demetrii, qui sic locum hunc tractat: τούτων δὲ τὰ πρῶτα πρόσωπα ἐπὶ τῶν ὀριστικῶν ἐνεῶν, καὶ πρῶτατικῶν, ἔτι τὰ τρίτα τῶν πλεθυντικῶν ἐν σωαιρισμῶν, τὰ δὲ ἄλλα σωαιρισμῶν ἐπιδέχεται, οἷον πλέω, πλέεις,

D 2 πλῆεις

ωλῆς: πλέη, ωλη: ωλέετορ, πλῆτορ: πλέετορ,  
ωλῆτορ, πλέομου, ωλέετε, πλῆτε, ωλέουσιρ. ἔπλε  
ορ, ἔπλεες, ἔωλῆς: ἔπλεε, ἔπλη: ἔπλέετορ, ἔπλῆ  
τορ: ἔωλεέτηρ, ἔωλείτ: ἔπλέομου, ἔωλέετ, ἔωλῆ  
τε, ἔωλεορ: id est, horum uerbo prima persona in In  
dicatiuo, praesenti, & imperfecto praeterito, & item  
tertia pluralis non contrahuntur. Alia autem con  
tractionem recipiunt, ut πλέω, id est nauigo, &c. ut  
supra. Adde quod & Optatiua & Subiunctiua hu  
iusmodi uerborum non contrahuntur prorsus: ut  
πλέομι, πλέοις, πλέοι: ἔαρ ωλέω, ωλέης, ωλέη,  
&c. Et de circumflexis quidem haecenus, nunc ad uer  
ba in μι transitus est faciendus.

Indicatiuus praesens, τιθημι,

Pag. 69. uers. 12.

Verba in μι à terminatione nomen sortita sunt:  
Verba autem grauitona & circumflexa, ab accentu.  
Verba in μι quatuor habent coniugationes, qua  
rum tres prima deducuntur à uerbis grauitonis sex  
ta coniugationis, habentibus circumflexa. Quae au  
tem in μι sunt quarta, à uerbis item sexta desinenti  
bus in ω: habentq; omnia uerba in μι tria duntaxat  
tempora, praesens, praeteritum imperfectum, & Aori  
stium secundum: caetera, quae uerbis in μι tribuun  
tur, tempora sunt grauitonorum. Proinde uerba in  
μι prima coniugationis, fiunt à uerbis in έω: secun  
da, à uerbis in άω: tertia, à uerbis in έω: quarta,  
à uerbis in ωω desinentibus, mutando ω finale in μι,  
& penultimas uocales mutabiles in proprias longas  
hoc



IN GRAM. CLENARDI.

hoc est, ε & α in κ: & ο in ω: u per se producitur, quæ longæ uocales in duali & plurali omnium actiuorū primæ coniugationis, & in oībus passiuīs & mediis iterum mutantur in suas breues. Verbis in μι triam primarum coniugationum, & grauitonis item eorum thematibus lones præfigunt augmentum, i: aut etiam loco τω ι, in quibusdam ε, cui (nisi extendatur positione, aut præponatur uerbo incipienti à uocali) præponitur consonans capitalis litera ipsius thematis: unde fit, ut uerba eiusmodi trium sint ut minimum syllabarum. Quæ autem nos hoc loco augmenta uocamus, Clenardus reduplicaciones proprias & improprias appellat.

Superiorum regularum exempla.

Themata grauitona, unde fiunt uerba in μι.

δέω	τιδέω	τιθημι.
δ'όω	διδ'όω	δίδωμι.
ζέω	ζέω	ζεύωμι.
σάω	ισάω	ισυμι.
έω	ιέω	ιημι.

Reliqua autem quæcunq; tradi possunt de uerbis in μι in præsentia, tibi ex Clenardo supplenda sunt, siue ad coniugationem ea spectent, siue ad temporū deductionem: cuius certè deductionis formulas tibi præscripsissem, haud secus ac feci in uerbis grauitonis, nisi subiisset uereri, ne nimius essem in re antecedentibus perspicua satis. Nunc autem reliqua pergamus adnotare, quæ Clenardo intacta, aut ab illo

## ADNOTATIONES

non satis discussa, per necessaria uidebuntur.

Secundæ personæ, Sing. ὅς ἔσθ'.

Pag. 86. uers. 8.

Nominatiuus ὅς, pronominis primitiui auctore Demetrio, est abusiue, sed à casu gignendi ἔσθ', id est, fut, incipiendum, id quod Latini imitati Græcos fecerunt.

Attici Demonstratiuus,

Pag. 87. uers. 2.

Singulis casibus pronominum demonstratiuorum Attici addunt iota acutitonū, idq; auctore Demetrio πρὸς κλείουα ἔνδραξιρ, id est, ad maiorum demonstrationem. In sexto autem uersu eiusdem paginae τοῦ τὶ ἔταυτι, pro τοῦτοῖ ἔταυταῖ dicta sunt per syncopen, uitandi hiatus gratiā.

Contrahuntur etiam nomina in οῦ,

Pag. 97. uers. 23.

Vox incontracta nominum in οῦ desinentium, tertiæ est declinationis simplicium, declinaturq; instar nominis λόγῳ, λόγου. Eo nanque modo, quo in secunda reperiuntur quedam in casibus omnibus contractionem recipientia, ut docuit Clenard. Pag. 96. uers. 13. Eadem quoque modo hæc in omnibus casibus contrahuntur, consule Clenardum.

Sic χρυσῶς, Pag. 98 uers. 12.

Nomina metallica contractionem admittentia, in syllabam contractam accentum (contra canones communes omnium aliorum nominum) retrahunt: uide Clenardum.

# IN GRAM. CLENARDI.

Acuta in us, τω εϞ.

Pag.98.uersf.20.

Meminit hoc loco Clenardus eorum nominum, quæ à Theodoro dicuntur nomina primi seu prioris u Ϟ nomina secundi u : illa enim apud Theodorum dicuntur primi u, quæ in obliquis pro u finali recti Ϟ primi casus, assumunt ε, ut ἡδ' ὕς, ἡδ' εϞ : secundi autē u, uocantur illa, quæ in omnibus casibus retinent u: imò quæ in contractis casibus in u contractionem fecerunt. ut ὁ Βότρεus, Βότρεος: ὁ Ϟ ᾧ Βότρεες, Βότρεus, τρεus Βότρεας, Βότρεus : consule Clenardum, uersu.25. Pagina.98.

Attici tertis persf. Pag.102.uersf.25.

Si uel aliquatenus te torqueat hic locus Clenardinus, uide tu ea quæ de appendice tum Attica tum communi superius dixerim in eum locum Clenardi, ubi pag.26.uersf.19. sic habet : Dativis pluralibus aut personis in i desinentibus, Ϟ c.

Litera ϑ, Ϟ c. Pag.102.uersf.23.

Verba omnia, quorum litera capitalis thematis est ϑ, quia ϑ consona est, syllabicè augmentur: sed ut ε syllabicum augmentum sit positione longum, ϑ geminatur in præteritis post ipsum augmentum, ut ῥέεω, ἔρρεοι: ῥίπρω, ἔρριπροι: sic reliqua cohors uerborum à ϑ incipientium. Caterum de tenuando Ϟ adspirando ϑ, siue in principis dictionum, siue in mediis dictionibus, abundè satis, nisi fallor, locutus sum in initio harum adnotationum: tu igitur si quid hac in re hoc loco desideres, illic repetas.

In incremento, &c. Pag. 103. uers. 12.

Duo sunt uerba ab  $\alpha$  incipientia, quæ contra normam aliorum non mutant  $\alpha$  in  $\kappa$  in præterito imperfecto, augmenti temporalis recipiendi gratiâ, propter concursum utpote duorum  $\kappa\kappa$  uitandum: ἀνθέωσα desuesco. Imperfect. ἀνθέωσον, & non κινθέωσον: Sic ἀνδίζομαι, abhorreo, Imperfect. ἀνδίζομαι. Nec item ista duo, ἄω spiro, ἄω, ne coincidat cū ἴω ibam, ἄω audio, ἄω, ne denuo coincidat cum imperfecto ἴω ibam.

Diphthongum οἰ hæc, &c.

Pag. 104. uers. 2.

Verba quæ hoc loco citantur à Clenardo, nō mutant οἰ in præterito imperfecto, sed illis superaddit Urbanus: οἰμώγω, id est, lugco: Aoristo primo tamen usus est Plutarchus, ὀμώγας: & Lascaris in tractatu de uerbis anomalis ita dicendum esse censet. Aduertendum autem est, pleraque eiusmodi uerborum, aut anomala esse, aut defectiua, aut certè inusitata in quibusdam temporibus. Proinde ex authorum classicorum accurata lectione usus eorum est attendendus.

Compositi augetur, & cætera.

Pag. 104. uers. 6.

Præterea quæ iam de augmento dicta sunt sciendum, uerbum cum præpositione compositum non plus significans quàm simplex, augeri in principio totius compositi, hoc est, si sui simplicis significationem seruet suscipere augmentum ante præpositionem, sci licet



licet in principio uerbi: ut ἐπεω dico, cōponitur cum  
 ζῶ, & idem significat ἐνέπω, ἠνεωορ: εὐδω dormio,  
 καθεύδω idem, ἐκάδωδ' or compositum ex κἄ, & εὐ  
 δω, abiecta per apostrophum extrema uocali præpo  
 sitionis, & muta tenui conuersa in suam adspiratam,  
 propter adspiratam sequentem uocalem. Tenuis enim  
 muta, ut ante diximus, ante uocalem adspiratam sem  
 per transit in suam adspiratam. Præpositione uerò  
 plus significati addente notandum fieri augmentum  
 in principio uerbi simplicis, non præpositionis per  
 compositionem uerbo præfixæ: hoc est, ut apertius  
 loquamur, uerba composita si significationem simpli  
 cis mutant, suscipiunt augmentum inter præposito  
 nem & uerbum: ut λαλέω loquor, καταλαλέω de  
 traho, κατελάλεορ: γράφω pingo, scribo, καταγρά  
 φω depingo, describo, κατέγραφορ: ἀκούω audio,  
 πᾶρακούω dissimulo audire, abaudio, παρῆκουορ. In  
 quibus adueniente augmento abigitur ultima uoca  
 lis, ut præ diximus, præpositionis, præterquam ab his  
 duabus προὶ & περι, ut τρέχω curro, προτρέχω  
 præuerto, cursu præcurro, προέτρεχορ, ἔρχομαι,  
 εὐο, uenio, περιέρχομαι, oberro, obambulo, περιέρ  
 χόμαι.

Quædam Attici augent initio, &c.

Pag. 104. uers. 9.

Docet hoc loco Clenardus, quædā composita mo  
 re Attico suscipere augmentum in principio, quædam  
 in medio, & quædam utrinq;: quorundam tamen sim  
 plicia themata sunt abusiua.

# ADNOTATIONES

Attici Inchoatorum ab ε, &c.

Pag. 105. uers. 1.

In uerbis incipientibus ab ε, ο, α, Attici praterito communi actiuo, passiuo, medio, duas literas initiales presentis anteponunt, corripiuntq; saepius tertiam à principio syllabam, si uerbum quadrissyllabum exerceuerit: uel si mauis, hanc regulam accipe his uerbis, Praterito communi uerborum à breui uocali mutabili incipientium, actiuo, passiuo, & medio Attici duas primas literas thematis praefigentes, tertiamq; à principio syllabam corripientes, si tres syllabas excesserit, proprium prateritum faciunt actiuum, passiuum, & medium. Tertia syllaba hoc modo corripietur, si longa fuerit, uidelicet κ in ε, & ω in ο conuertetur: & subiunctiuae quidem, utpote ι, υ, praepositiuam ε reuertent: ο uerò subiunctiuas abiciet ex diphthongo, si tertia, à prima, syllaba longam uocalem diphthongumue habuerit. Quod si breuem uocalem, eam retinebit. Itidem & communem siue bitemporam: uideas tamen in quibusdam tertiam à principio dictionis syllabam longam esse positione, sed non natura.

ἀλήθω molo	ἤλικα	η, ε	ἀλήλεκα.
ἔρωτάω interrogo	ἠρώτεκα	ω, ο	ἔρκρόττεκα.
ἀλείφω ungo	ἤλιφα	ε, υ	ἀλήλιφα.
ἔλευθω uenio	ἤλυθα	θ, υ	ἔλίλυθα.
ἔτοιμάζω rato	ἠτίμακα	οι, ς	ἔτοιτόμακα.
ἀκούω audio	ἠκουκα	ου, ο	ἔκίκουκα.
ἀγείρω congreγο	ἠγερεκα	ε, ε	ἔγγίγερεκα.

IN GRAM. CLENARDI.

ἔγειρω excito	ἤγερκα	ε,ε	ἔγήγερκα.
ὠλέω perdo	ὠλεκα	ε,ε	ὠλώλεκα.
ὀμῶω iuro	ὠμοκα	ο,ο	ὀμῶμοκα.
ἐρίζω litigo	ἤρικα	ι,ι	ἐρήρικα.
ὀρύσσω fodio	ὠρυχα	υ,υ	ὀρώρυχα.
ὀλλῶω perdo	ὠλλα		ὀλλωλα.
ὀπῶω uideo	ὠπα		ὀπωπα.
ἔδῶω comedo	ἔδα		ἔδηδα.
ὄζῶω oleo	ὠδα		ὀδῶδα.

*Præsentia. Præterita communia. Præterit. Attic.*

Similiter in plusquamperfecto fit Attica reduplicatio, ut ex ὀρώρυχα, ὀρωρῶρυχα: ὠμῶμοκα, ὀμωμῶμοκα: & sic de similibus.

Attici præterea, Pag. 106. uers. 5.

Themate à λ & μ incipiente Attici in præterito pro λ & μ reiectis, ipsi ε psilo aseiscunt ι, ut consuetur diphthongus ει, ut λήβω, λέληφα, ἔιληφα, εἶλα, λιμμαι, ἐιλήφθη: μείρω, μείρομαι, μέμαρμαι, ἔμαρμαι, ὀ ἐιμαρμέν & , ἐιμαρμέν & , & c. consule Demetrium.

Futura tria sunt, Pag. 108. uers. 1.

Dicit Clenardus tria esse futura, quæ spiritū præsentis seu thematis non seruant, sed nullam ille addit rationem, præterquam de futuro ἔξω, quæ tamen est inualida, si propius ingenii aciem intendas. Sed illa potius danda erat ratio, quæ omnibus communiter inseruiret, nempe ne duæ adspiratæ concurrerent in principio dictionis: exempla tibi ex Clenardo petenda

tenda sunt, & ad amussim examinanda.

Quatuor Attici, & c. Pag. 109. uers. 16.

Hæc regula strictior est, quàm sit operæpretium: siquidem in numerum quaternarium cogi non debet, quia passim apud Aristophanem, & alios classicos aucthores Græcos inuenias omnia, sine ullo discrimine, uerba formare secundas tum præsentium tum futurorum omnium personas in  $\alpha$  pro  $\eta$ : tu uideris.

Et tertia pluralis in Aorist.

Pag. 124. uers. 19.

Putat Clenardus syncopen esse, cum dicitur ἦγρε  
 δεῦ pro ἦγέρεδισαυ, & ἐκόσμηθερ pro ἐκόσμηθη  
 σαυ, id quod profectò non fecisset, si proprietatem  
 linguæ Bæoticæ expendisset, quæ in aoristis passiuus  
 à primis singularibus in  $\eta\pi$  desinentibus amborum quorundam  
 aoristorum passiuorum  $\lambda\omega$  in  $\epsilon\pi$  mutata format  
 tertias plurales, ut ἐκόσμηθω, uerso  $\eta$  in  $\epsilon$ , fit ἐκόσ  
 μηθερ: alioqui si cum Clenardo syncopen esse cense  
 remus, dicendum foret ἐκόσμηθαυ, per  $\alpha$  facta syncop  
 e, quod omnino est absurdum: rectè contra sentit de  
 reliquis, quæ ille de syncope tradit: & sic hoc in lo  
 co canemus receptui etiam inuiti. Multò plura enim  
 in Clenardum adnotauissemus, nisi id unum nobis ac  
 cidisset, quod sine lacrymis meminisse nō possumus.  
 Quum enim studioso cuique, & linguæ potissimum  
 Græcæ candidato, hæc minutias rudioribus adhuc  
 ingeniis, tenuiq; lacte alendis non omnino inutiles,  
 scriberem; allata mihi ab amico epistola, quæ stylum  
 meum studiorumq; meorum impetum summopere re  
 pressit:



pressit: quippe quæ me (quanto meo dolore non dico) obitus materni certtorem fecit. Et quia homo sum, nihilq; à me humani alienum putavi, ut sunt hominum mores, humanis affectibus permotus ego perlecta epistola, ilico & chartas & calamos abieci, obortis lachrymis. Per funestam lugubremq; eiusmodi epistolam, ab amicis aliis superstitibus deuocabar ad pollincturam ac procurationem funeris materni, cui officio abnuere impium omnino putandum fuisset. Ceterum mihi dolet nō parum, quod opus nec satis absolutū, nec climatum satis, emittere habeam necesse: impulsus præterea etiam à bibliopola, qui quotidianis conutiis efflagitat, ut maesto animo pergam edere fortum uel immaturum. Quod profectò feci intrepidè, sed ea procliuitate animi, ad literas bonas tum excitādas, tum fouendas, qua propensus iam multos annos in studiosos quosq; fui, et fore in animo est. Et quum illa inoleuerit consuetudo, ut pleriq; omnes libros suos uel magnatibus quibusdam, uel proceribus ciuitatis cuiuspiam, uel columinibus quoq; rerum publicarum, Regibus, Imperatoribus, nuncupent: ego quidem certè ὅτι κενοδοξίασ aucupandæ minimè cupidus, obuiō cuique mihi certè beneuolam istud meum dedico opusculum, modo dō meminerit ille bene uiuere, & letari.

re, & letari.

ΤΕΛΟΣ.

# NUMERVS ORDINALIS.

Primus	πρῶτος
Secundus	δεύτερος
Tertius	τρίτος
Quartus	τέταρτος
Quintus	πέμπτος
Sextus	ἕκτος
Septimus	ἑβδόμητος
Octauus	ὀγδοός
Nonus	ἐνάτος
Decimus	δέκατος
Vndecimus	ἑνδέκατος
Duodecimus	δυσκαίδέκατος
Decimustertius	τρισκαίδέκατος
Decimusquartus	τεσσαρεσκαίδέκατος
Decimusquintus	πεντεκαίδέκατος
Decimussextus	ἕκκαίδέκατος
Decimusseptimus	ἑπτακαίδέκατος
Decimusoctauus	ὀκτώκαίδέκατος
Decimusnonus	ἐννεακαίδέκατος
Vigesimus	εἰκοσός
Vigesimusprimus	εἰκοσός πρῶτος
Trigesimus	τριακοςός
Quadragesimus	τεσσαρακοςός
Quinquagesimus	πεντηκοςός
Sexagesimus	ἑξηκοςός
Septuagesimus	ἑβδομηκοντοςός
Octogesimus	ὀγδοηκοντοςός
Nonagesimus	ἐννεηκοντοςός
Centessimus	ἑκατοςός

NUMERVS ORDINALIS.

Ducentefimus	δ'υακοσ'ιοςός
Trecentefimus	τριακοσ'ιοςός
Quadringentesimus	τεσσαρακοσ'ιοςός
Quingentesimus	πεντακοσ'ιοςός
Sexcentefimus	ἑξακοσ'ιοςός
Septingentesimus	ἑπτακοσ'ιοςός
Octingentesimus	ὀκτακοσ'ιοςός
Nongentesimus	ἑνωακοσ'ιοςός
Millesimus	χιλιοςός
Bis millesimus	διχιλιοςός
Ter millesimus	τριχιλιοςός
Quater millesimus	τετρακιχιλιοςός
Quinques millesimus	πεντακιχιλιοςός
Sexies millesimus	ἑξακιχιλιοςός
Septies millesimus	ἑπτακιχιλιοςός
Octies millesimus	ὀκτακισχιλιοςός
Nouies millesimus	ἑνωακισχιλιοςός
Decies millesimus	μυριοσός.

Aduerbia Numeratiua.

Semel	ἅπαξ	Bis	δ'ις
Ter	τρις	Quater	τετρακ'ις
Quinques	πεντάκ'ις	Sexies	ἑξάκ'ις
Septies	ἑπτάκ'ις	Octies	ὀκτάκ'ις
Nouies	ἑννάκ'ις	Decies	δεκάκ'ις
Vndecies	ἑνδεκάκ'ις	Vicies	εἰκοσάκ'ις
Centies	ἑκατοντάκ'ις	Millies	χιλιάκ'ις
Sepe	πολλάκ'ις	Quoties	ποσάκ'ις
Toties	τοσαυτάκ'ις		

ΡΕΝΑΤΟΥ ΙΑΛΟΝΙΟΥ ΕΡΜ

γράφμα εις Βυδαίον, η Βυδαίς  
ἀπομνημονεύματα.

Ελλεισμός μῶλυς ἐπιείχωρ ἀνά Κέλτας  
Ομμασιρ ἀμβλώσων, ἐπεδενετο φῶτ⊕ ἰάτρῳ  
Ὅς νούσων τούτων ἐπιλωθέα κῆρ' ἀποέρσοι  
ΑΥΤὰρ ὁ Βυδαί⊕ ναί μῆρ ἐπικαίρι⊕ ἡλιδερ.  
Ἡύτε κυῖσκόμενος, μαράδιουθ' ὅς ἐνίχυτ⊕ ὄρπηξ  
Βοσκηθείς, ὠκῶτε ηῖ ἀργκέντα τίθησα.

ΑΝΤΒΕΡΠΙÆ,

In ædibus Ioan. Steelfii.

M. D. XLVII